THESAVRVS LOCORVM COMMVNIVM DE QVO NOVA ET VETERA PROFERVNTVR:

In gratiam Pastorum & Concionatorum ordine alphabetico digestus:

Opera & obseruatione HENRICI CVLENS
Pastoris Gerardimontani, S. T. L.

ANTVERPIÆ,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Balthasarem Moretum, & Viduam
Ioannis Moreti, & Io. Meursium.
M. DC. XXII.

Admodum R[do] in CHRISTO Patri

ac Domino

GASPARI VINCQ

ABBATI

CELEBERRIMI MONASTERII

S. ADRIANI

IN OPPIDO GERARDIMONTENSI

Domino ac MAECENATI ſuo vnicè colendo.

Ex quo tempore Paſtoralē hanc curam, R[de] in Chriſto Pater; imparibus licet humeris, ſuſcepi (annus nunc agitur vigeſimus ſeptimus) mox conficere cœpi Manuale quoddam, ſiue Regiſtrum, ordine alphabetico diſtinctum, eo fine eaque intentione, vt ſi fortè in lectione ſubinde diuerſorum Auctorum, tum veterum tum recentiorum, loca quædam occurrerent nota-

tu digniora, & materiæ celebriores, quæ Concionibus non infructuosè deseruirent, ea protinus in dictum Manuale redigerem, & quæque ordinatè ad capitalem suam litteram referrem, quò postmodum absque labore, dum materia aliqua tractanda est, inueniri citò possit, quod aliàs laboriosè diuq; quærendum foret. Hoc igitur de anno in annum practicaui, & paulatim nouarum annotationum accessu ita prænominatum Manuale auxi & locupletaui, vt tandem ad iustam propemodùm magnitudinem excreuerit. Iudicarunt autem Pastores aliqui non contemnendæ doctrinæ viri, quibus hoc meum exercitium innotuerat, quique has ipsas annotationes scrutati fuerant, rem communi bono vtilem me facturum, si præfatum Manuale (quod Thesaurum Locorum communium indigitaueram) in publicum emitterem, luceque donarem: paruam enim inueniri vtilitatem in thesauro inuiso, iuxta Sapientem, magnam autē in aperto & patefacto. Quorum iudicio ac consilio, ne tot annorum labor vel penitus periret, vel solis post mortem amicis prodesset, obsequendum duxi. Considerabam enim, nonnullos huius temporis Scriptores in simili ferè scribendi genere vtilem admodum operam nauas-

Eccli. 20.

nauaſſe: inter quos meritò recenſendi ſunt, Laurentius Beyerlinck, qui ordine alphabetico ſua Chriſtiana Apophthegmata concinnauit, Lectoribus gratiſſima; & Ioannes Buſæus, qui pari modo ſuum Viridarium, ſuumque Panarium diſpoſuit, magno cum fructu Paſtorum & Concionatorum, vt alios nonnullos prætermittam. Non inferiorem multò vtilitatem ex hoc Theſauro Lector ſperare & expectare poterit: de quocumque enim propemodum argumento dicendum erit, copioſa hîc dicendi materia ſuppeditatur, latiſſimuſque ſeſe ad exſpatiandum campus aperit. In plerisque enim litteris & verbis capitalibus deſignantur loci communes, ex quibus facilè Concionator eruet, quæ integræ Concioni, aut ſubinde etiam pluribus ſufficere poterunt. Quia verò non omnibus ad manum ſunt quos hîc citamus Auctores fontani, ſed nec cuilibet integrum vel omnes vel pleroſque ſibi comparare; ne ij lectionis fructu penitus careant, ſparſim elegantiores Patrum ſententias ad eamdem materiam ſpectantes hiſce Locis communibus inſerui, quibus pro re nata vti, ſuaſque Conciones condecorare poterunt. Mala enim aurea in lectis argenteis, inquit Sapiens, qui loquitur verbum in tempore ſuo. Inter

Prou.25.

Auctores verò hîc citatos tum veteres tum neotericos, quidam frequenter quidam rariùs producuntur. Ac quidem inter veteres frequentiùs occurrent D. Augustinus, Chrysostomus, Cyprianus, Ambrosius, Hieronymus, Gregorius, Bernardus, Leo, ac alij nonnulli: inter recentiores autem sæpiùs Bellarminus, Belliolanus, Leonardus Lessius, Cornelius A lapide, Adrianus Mangotius, Ludouicus Granatensis, Franciscus Costerus, Hector Pintus, Didacus Stella, Thomas Stapletonus, Ioannes Osorius, Petrus Besse, Iacobus Baius, Ioannes Hesselius, Matthias Felisius, aliique quidam, qui vtiliter & Concionatoribus accommodè mihi videbantur scripsisse. Nolo tamen quispiam existimet me omnia prorsus, quæ circa materias hîc propositas dici possent, ex iisdem Auctoribus vel aliis in medium protulisse; sed tantùm ea quæ longo temporis decursu, inter legendum, præcipuè obseruanda & annotanda putabam. Poterit proinde diligens Lector his nostris obseruationibus alias, easque fortè meliores ac vtiliores superaddere: neque enim ab vno inueniuntur omnia, vti nec omnium Auctorum classicorum mihi copia.

Ceterùm cogitanti mihi cui potissimùm

hasce

hasce qualescumque elucubrationes inscriberem, atq; nuncuparem, nemo mihi occurrit opportuniùs, nemo rationabiliùs, quàm R. V. Paternitas. Cui enim meliùs hic dedicetur Thesaurus, quàm ei qui sibi thesauros non in terra, sed in cælo thesaurizat? Qui terrena bona fastidit, cælestia suspicit atque sùspirat? Testis est illa quotidiana tua cum Deo in precibus collocutio, rerumque diuinarum assidua contemplatio, qua animum tuum pascere atque saginare consueuisti. Testis etiam eximius Religiosæ illius abstinentiæ amor, & quotidiani victus parsimonia, atque incredibilis penè sobrietas. Testis moderatus corporis tui vestitus, atque rerum superfluarum contemptus. Hæc enim omnia clamant, cor tuum non cœno, sed cælo, vbi thesaurus tuus est, vehementer affixum. Nota est hîc omnibus vitæ tuæ integritas, morum tuorum grauitas, & conuersationis sanctitas. Perspicua sunt virtutum tuarum splendida exempla, quibus omnibus Religiosis præluces & antecellis; hinc & tanta inter ipsos vitæ morumque probitas, tanta animorum concordia, tanta in Deum pietas, tantus Dei timor, tantus Religionis cultus, tanta humilitas, tanta castimonia, tanta denique in omnibus reformatio. Sanè

tot virtutum floribus Monasterium tuum exornatur, vt certò sciam, incolas omnes plurimùm ædificari Religiosa ista & verè Monastica, quam obseruari cernunt, disciplina. Ipse ego quosdam audiui asserentes, D. Adriani Cœnobium nulli alteri pietate & obseruantia Religiosa secundum. Vnde quæso tantus virtutum splendor? vnde hæc admiranda reformatio? Nempe vt Regis ad exemplum totus componitur orbis, ita facile ad vitam Abbatis, vita componitur Monachorum. Quantum enim perniciosa res est ad sequentium lapsum, ruina Præpositi, inquit D. Cyprianus; in tantum contrà vtile est & salutare, cùm se Præpositus per firmamentum fidei (& aliarum virtutum) fratribus præbet imitandum. Nemo etiam tuorum est qui te non vehementer amet propter tuam in omnes benignitatem & clementiam, propter lenem affabilitatem & humilitatem, propter paternum imò maternum in ipsos affectum: vident enim illud D. Bernardi à te accuratè obseruari; Discite, inquit, Prælati, subditorum matres vos esse debere, non dominos. Studete magis amari quàm metui. Et si interdum seueritate opus est, paterna sit, non tyrannica. Matres fouendo, patres corripiendo vos exhibeatis.

Epist. 4.

Serm. 23. *in Cant.*

Man-

Mansuescite, ponite feritatem: suspendite verbera, producite vbera: pectora lacte pinguescant, non typho turgeant. Quid iugum vestrum super eos aggrauatis, quorum onera portare debetis? Cur morsus à serpente paruulus fugit conscientiam sacerdotis, ad quem eum magis oportuerat, tamquam ad sinum recurrere matris? Ita Doctor mellifluus. Verè felices iudico Monachos, quibus tales obtingunt Præpositi.

Alia quoque ratio est, cur hoc Opusculum R. V. Paternitati dedicare visum fuerit: amplitudo scilicet vestrorum in me meritorum. Vestra enim humanitas & beneuolentia, vestra liberalitas & munificentia me hactenus fouet atque alit: ea mihi annuam sustentationem, & præsentis vitæ subsidium liberaliter suppeditat: eadem in necessariis mihi numquam defuit. Tanta ergo animi in me benignitas & propensio, tantus beneficiorum cumulus, aliquod grati animi argumentum meritò postulabant. Taceo quòd primum huius Thesauri capitale verbum, quod fortuitò ABBAS intitulabatur, tacitè me quodammodò videatur admonere, vt viro alicui, Abbatiali dignitate conspicuo, hoc qualecumq; munusculũ consecrarem. Non erat autem quærendus alius præter R. V. Pa-

ternitatem, ob varias necessitudinum obligationes, quibus eidem deuinctus eram.

Habes, Amplissime Domine, causas meæ inscriptionis. Nihil restat aliud, nisi vt iam hoc meum donum accipias, vtque cum eo pariter donantis animum tibi dicatum habeas, virtutum tuarum tam perpetuum, quàm affectus mei sincerum monumentum, Gerardimonte, 15. Maij, anno 1621.

R. V. P.

humilis in Christo cliens & seruitor

HENRICVS CVLENS.

INDEX

INDEX

Verborum ſeu Materiarum huius Theſauri.

Aſſum-

Concilia.

Diui-

Concilia.

Diui-

Futura.

Militia

** *Parentes.*

Ranæ.

AVCTO-

AVCTORES
Tum veteres tum neoterici in hoc Thesauro citati.

A.
ABrahamus Bzouius.
Adrianus Hofstadius.
Adrianus Mangotius.
Aegidius Coninex.
Ambrosius.
Andreas Coppenstein.
Anselmus.
Antonius Bonfinius.
Athanasius.
Augustinus.
Aulus Gellius.
Auctor incognitus De filio prodigo.

B.
BAlduinus Iunius.
Basilius.
Beda.
Bernardus.
Boëtius.
Bonauentura.
Breuiarium Romanum.

C.
CAelestinus.
Caietanus.
Cassianus.
Cicero.
Claudius Viexmontius.
Concilium Tridentinum.
Cornelius A lapide.
Cyprianus.
Cyrillus.

D.
DIdacus la Vega.
Didacus Stella.
Dionysius Areopagita.
Dionysius Carthusianus.
Dionysius Peronet.

E.
Eusebius Pamphilus.

F.
FRanciscus Albertinus.
Franciscus Arias.
Franciscus Costerus.
Franciscus Feuardentius.
Franciscus Suarez.
Franciscus Titelmannus.
Franciscus A victoria.
Fulgentius.

G.
GVilielmus Estius.
Guilielmus Lindanus.
Gregorius Magnus.
Gregorius Nazianzenus.
Gregorius Nyssenus.

H.
HEctor Pintus.
Henricus Cuyckius.
Henricus Kyspenningius.
Henricus Lancelottus.
Henricus Meurier.
D. Hieronymus.
Hieronymus Platus.
Hilarius.
Historia Tripartita.
Hugo.

I.
IAcobus Baïus.
Iacobus Bourgeois.
Iacobus A graphiis.

Iacobus Gretſerus.
Iacobus Ianſſonius.
Innocentius.
Ioannes Belliolanus.
Ioannes Buſæus.
Ioannes de Carthagena.
Ioannes Chappeauille.
Ioannes Chryſoſtomus.
Ioannes Damaſcenus.
Ioannes Dauid.
Ioannes Eckius.
Ioannes Ferus.
Ioannes Fredericus Lumnius.
Ioannes Heſſelius.
Ioannes Lumnius.
Ioannes Malderus.
Ioannes Molanus.
Ioannes Nider.
Ioannes Oſorius.
Iſidorus.
Iuſtus Lipſius.

L.

LAurentius Beyerlinck.
Laurentius Iuſtinianus.
Leo Papa.
Leonardus Leſſius.
Ludouicus Granatenſis.

M.

MAffæus Vegius.
Marcellus F. de Bari.
Marcus Marulus.
Martinus Becanus.
Martinus Delrio.
Martinus Nauarrus.
Matthias Boſſemius.
Matthias Feliſius.
Matthias Lamberti.
Melchiades Papa.
Melchior de Flauin.
Metaphraſtes.
Michael Epiſcopus Merſpurg.
Muſſus.

N.

Nicolaus Oranus.

O.

Origenes.

P.

PAulinus.
Paulus Oroſius.
Peraldus.
Petrus Baccherus.
Petrus Beſſe.
Petrus Binsfeldius.
Petrus Caniſius.
Petrus Creſpet.
Petrus Muranus.
Petrus Ribadineira.
Petrus Thyræus.
Philippus Diez.
Pipinus Roſa.
Proſper.

R.

RObertus Bellarminus.
Ribera.
Ruardus Tapperus.

S.

SAluianus.
Sebaſtianus Barradius.
Simon Vigor.
Sophronius.
Sozomenus.
Staniſlaus Hoſius.
Synodus Chalcedonenſis.

T.

TErtullianus.
Theodoretus.
Thomas Aquinas.
Thomas Cantipratenſis
Thomas Kempenſis.
Thomas Sailly.
Thomas Stapletonus.

V.

Vincentius Lerinenſis.

IN

IN
THESAVRVM
D. HENRICI CVLENS.

THESAVRVS *quem celat ager, contemnitur; illo*
Sed ſemel inuento, quilibet emptor agri eſt.
Hactenus in cordis latuit penetralibus vnus
Qui tibi Theſaurus ſuppeditabat opes:
Erutus en prodit Scripturæ fontibus, arte
Pluſquam Dædalea, viſceribuſque Patrum.
Hunc eme, & expoſitum ne neglige Lector, amantem
Doctrinæ mentem ſi ſitibundus agis.
Veſtigas quisquis normam verique bonique,
Theſaurum hunc grata collige mente; patet.
Sponſor ego, quòd in hoc ſacri ſit ſemen abundans
Eloquij; ſatis hîc, quo ſatieris, habes.

HENRICVS PEVINAGIVS, Gerardimontenſis, Paſtor Saerlinganus prope Gerardimontem, S. T. B.

IN EVMDEM.

THESAVROS *quisquis collectum tendis ad Indos,*
Sollicitas & opes vt quæras, trans mare curris;
Huc age, nil patriis opus eſt excedere terris:
En tibi Theſaurum CVLENS *hoc Codice promit,*
Cæleſtem gazam qui continet, atque iter aptum
Edocet, ad cæli quo tendas præmia (veros

Thesauros vbi fur non surripit:) hunc lege, volue:
Est breuis ipse liber, sed turget pagina fructu.

IACOBVS CHRISTIAENS, Gerardimontensis, Pastor Boulariensis, S. T. B.

IN EVMDEM.

Si quod profundo littore condidit
Auratus Indus, si quod Hydaspicis
Latet sub vndis, propalaret
Indigenæ populator orbis:
Tumultuoso mox cita turbine
Frequens iuuentus, littora ad extera
Velumque proferret ratesque,
Et spolium sibi ditis auri
Studeret omni congerere impetu.
At nunc beato fundit ab vbere
Gazas CVLENVS, *quas nec Indus,*
Nec rutilo vomit Hermus antro;
Sed quas diserta prompsit ab indole
Vetusta diuûm congeries Patrum,
Quas abditis ille ex cauernis
Impiger exposuit librorum.
Accede, Lector, propatulo micat
Thesaurus orbi: nullius inuidus
Mentem retardet liuor, intra
Quod folium latet inscientis.
Accede, multo diua recondita
Protrudet ausu se sapientia,
Et post cupressos postque fata
In medio leget orbe Patres.

P. PEVINAGIVS, Gerardimontensis, Societatis IESV.

THE-

THESAVRVS LOCORVM COMMVNIVM

ordine Alphabetico digeſtus
in gratiam & commodum Paſtorum
& Concionatorum.

A.

Abbas, Prælatus, Præpoſitus.

ABBATES, qui peccant & excedunt in luxu veſtium, alimentorum, famulitiorum, aliarumque rerum, potiùs vanarum & curioſarum quàm neceſſariarum, egregiè redarguuntur & perſtringuntur à D. Bernardo in Apologia ſua ad Guilielmum Abbatem.

Idem D. Bernard. redarguit Abbates qui ſub humili habitu & tonſura ſuperbè ſapiunt; Epiſtola 42. ad Henricum Senonenſem Archiepiſcopum.

Abbatum cura plerumque augetur cùm minui putatur. Idem Bernardus Epiſtola 74.

Abbatum & Prælatorum eſt alios portare. Cornelius A lapide in c. 11. Numer.

Prælatis tria charitatis epitheta pulchrè accommodat D. Bernar. ſcilicet, de corde puro, conſcien-

tia bona, & fide non ficta. Ser. De 3. Ordinib. Ecclesiæ ad Patres in Capitulo. Vide etiam A lapide in 1. cap. 1. ad Timoth. Verba D. Bernardi inuenies etiam in Epistola dedicatoria, præmissa Opusculo nostro de Lege Dei.

Abbates seu Prælati, quem in correctione modum tenere debeant, vide dictum A lapide ex D. Greg in c 42. Genes.

. Abbates & Prælati quomodo suam dignitatem tueri debeant, per exempla declaratum vide apud eumdem in c. 16. Numer.

Abbates & Prælati ingratitudinem subditorum suorum tolerare debent. Vide eumdem A lapide in c. 14. Num.

Præesse, periculosum; subesse, tutum Bellarminus Conc. super Dominicam infra Octauam Natiuit. & in Festo S Steph.

Discite Prælati (ait D Bernar.) subditorum matres vos esse debere, non dominos. Studete magis amari, quàm metui. Et si interdum seueritate opus est, sit paterna, non tyrannica. Serm. 23. in Cant.

Præpositum monasterij (inquit D. Hieron.) timeas vt dominũ, diligas vt patrem Credas tibi salutare quidquid ille præceperit: nec de Maioris sententia iudices, cuius officij est obedire, & implere quæ iussa sunt; dicente Moyse: Audi Israël, & tace. Ad Rusticum.

Prælati scire debent (inquit D. Gregor.) quòd si peruersa vnquam perpetrent, tot mortibus digni sint, quot ad subditos perditionis exempla transmittunt. Vnde necesse est, vt tantò cautiùs se à culpa custodiant, quantò per praua quæ faciunt, non soli moriuntur. In suo Pastor. p. 3. Admon. 5

Quantum

Quantum perniciosa res est ad sequentium lapsum ruina Præpositi, in tantum contrà vtile est & salutare, cùm se per firmamentum fidei fratribus præbet imitandum, inquit D. Cypr. Epistola 4.

Nos, inquit D. Aug. quos in isto loco (de quo periculosa ratio redditur) Dominus constituit, habemus duo quædam. Vnum quòd Christiani simus, alterum quòd Præpositi. Illud quòd Christiani sumus, propter nos est: quòd autem Præpositi sumus, propter vos est. In vno attenditur vtilitas nostra, in altero non nisi vestra. Quòd Christiani sumus, inde reddemus rationem Deo de vita nostra: quòd Præpositi sumus, inde reddemus rationem Deo de dispensatione nostra. Ad hoc (subdit) istam difficultatem proponimus, vt compatientes nobis oretis pro nobis. Tract. De Pastoribus c. 1. Vide eumdem Epistola 264.

Plura de Abbatibus lege in Epistolis D. Bernar. varias enim ad Abbates diuersos scripsit. Vide etiam nonnulla huc spectantia infrà verbo Pastor. v. Episcopus. v. Sacerdos. & v. Præfecti.

Abnegatio sui ipsius.

Quid sit Abnegare seipsum, pulchrè & exemplariter docebat quemdam suum discipulum Gregorius Nyss. De quo vide Petrum Besse Conc. in die Animarum, ante med.

Abnegatio sui in quo consistat; vide A lapide in cap. 2. Epistolæ ad Tit.

Quis sit vsus & fructus Abnegationis sui; Idem ibid.

De Abnegatione sui vide etiam Chrys. Homil. De veneratione Crucis: & Homil. 56. in Matth.

Pulchrè D. Greg. Fortasse (inquit) laboriosum

non eſt homini relinquere ſua ; ſed valdè laborioſum eſt relinquere ſemetipſum. Minus quippe eſt abnegare quod habet; valdè autem multum eſt, abnegare quod eſt. Nec tamen ſufficit noſtra relinquere, niſi relinquamus & nos. Quid eſt quod dicimus, Niſi relinquamus & nos? Si enim noſmetipſos relinquamus, quò ibimus extra nos? vel quis eſt qui vadit? Sed audi quomodo hoc ipſum quod fieri non poſſe videtur, fiat. Aliud ſumus per peccatum lapſi, aliud per naturam conditi: aliud quod fecimus, aliud quod facti ſumus. Relinquamus ergo noſmetipſos quales peccando nos fecimus, & maneamus noſipſi quales per gratiam facti ſumus. Ecce enim qui ſuperbus fuit, ſi conuerſus ad Chriſtum humilis factus eſt, ſeipſum reliquit. Si luxurioſus quiſque ad continentiam vitam mutauit, abnegauit vtique quod fuit. Si auarus quiſque ambire iam deſijt, & largiri didicit propria qui priùs rapiebat aliena, proculdubiò ſemetipſum reliquit. Ipſe quidem eſt per naturam, ſed non eſt ipſe per malitiam. Hinc enim ſcriptum eſt: Verte impios, & non erunt; Prouerb. 12. Conuerſi namque impij non erunt; non quia non erunt omnino in eſſentia, ſed ſcilicet non erunt in impietatis culpa. Homil. 23. in Euang.

Vide conformiter Orig in c. 16. Matth.

De Abnegatione ſui plura vide ex Script. & Patribus in Viridario Ioannis Buſæi, libro ſanè optimo & vtiliſſimo, verbo Abnegatio ſui. & apud Stellam.

Abrenuntiatio ſatanæ.

Sicut (inquit D. Chryſoſt) ſine calceamẽtis & veſtibus in forum non deſcendis; ita ſine hoc verbo, Abrenuntio tibi, ſatana, numquam foras prodeas: ſed

ſed cùm es in ianuæ veſtibulo, hoc priùs recole verbum, Abrenuntio tibi ſatana, & adhæreo tibi Chriſte; nec vmquam abſque hac voce exeas. Hæc erit tibi baculus, hæc armatura, hæc turris inexpugnabilis. Homil. 21. ad pop. Ant.

Parata ſunt corda veſtra (inquit D.Aug. ad Catechumenos) quia excluſus eſt inimicus de cordibus veſtris. Huic vos renuntiare profeſſi eſtis: in qua profeſsione non hominibus, ſed Deo & Angelis eius conſcribentibus dixiſtis; Renuntio Renuntiate non ſolùm vocibus, ſed etiam moribus; non tantùm ſono linguę, ſed & actu vitæ: nec tantùm labijs ſonantibus, ſed operibus pronuntiantibus. Scitote vos cum callido, antiquo & veternoſo inimico ſuſcepiſſe certamen: non in vobis poſt renuntiationem inueniat opera ſua: non iure vos attrahat in ſeruitutem ſuam. Deprehenderis enim & detegeris Chriſtiane, quando aliud agis & aliud profiteris; ſi fidelis in nomine, aliud demonſtrans in opere, non tenens promiſſionis tuæ fidem; modò ingrediens Eccleſiam orationes fundere, poſt modicum in ſpectaculis cum hiſtrionibus impudicè clamare. Quid tibi cum pompis diaboli, quibus renuntiaſti? De Symb. ad Catech. lib. 4. c. 1. Tom. 9.

Abrenuntiatio operum & pomparum ſatanæ.

Tunc veraciter fideles ſumus (inquit D.Greg.) ſi quod verbis promittimus, operibus complemus. In die quippe Baptiſmatis omnibus nos antiqui hoſtis operibus, atque omnibus pompis abrenuntiare promiſimus. Itaque vnuſquiſque veſtrûm ad conſiderationem ſuam mentis oculos reducat; & ſi ſeruat poſt Baptiſmum, quod ante Baptiſmum ſpopondit, certus iam quia fidelis eſt, gaudeat. Sed ec-

ce, si quod promisit minimè seruauit, si ad exercenda praua opera, ad concupiscendas mundi pompas dilapsus est, videamus si iam scit plangere quod errauit. Apud misericordem namque Iudicem nec ille fallax habetur, qui ad veritatem reuertitur, etiam postquam mentitur. Quia omnipotens Deus dum libenter nostram pœnitentiam suscipit, ipse suo iudicio hoc quod errauit, abscondit. Hom. 29. in Euang.

Vide etiam Bellarminum lib. 1. De arte moriendi, cap. 10.

De hac re etiam pulchrè D. Ambros. Quando, inquit, te interrogauit Sacerdos, Abrenuntias diabolo, & operibus eius? quid respondisti? Abrenuntio. Abrenuntias sæculo, & voluptatibus eius? quid respondisti? Abrenũtio. Memor ergo esto sermonis tui, & numquam tibi excidat tuæ series cautionis. Si chirographũ homini dederis, teneris obnoxius; vt pecuniam eius accipias, teneris astrictus; & reluctantem te fœnerator adstringit, si recusas. Vadis ad iudicem, atque illic tua cautione conuinceris. Vbi promiseris considera, vel quibus promiseris. Chirographum tuum tenetur, non in terra, sed in cælo. Lib. 1. De Sacramentis, cap. 2.

Abrenuntiatio cupiditatum terrenarum.

Dicet aliquis, (inquit Chrysostomus) Quomodo cupiditatem rerum terrenarum repellam? Si Ethnicus esses, & nihil post hanc vitam sperares, difficile forsitan esset; nunc autem cælum expectans & ea quæ in cælo sunt, dicis, Quomodo repellam? Si cõtrarium tibi dicerẽ, Expete diuitias, appete terrena; potiùs tu mihi diceres, Et quomodo hoc faciã si cęlum expecto, à quo ista me retardant? Iniuriam tibi facerem,

facerem, si proposito tibi auro & pretiosis lapidibus, plumbum tibi appetendum dicerem. Homil.7. in Acta Apost.

Abstinentia.

De Abstinentia pulchrè A lapide in c.9. Genes. Exempla plurima Abstinentiæ vide apud Marulum lib.4.c.1.& 2.

Abstinentia vtilis quæ sit. Vide apud Prosperum lib.2. De vita contempl. c.22.& 23.

Quòd Abstinentia à certis cibis non ciborum naturam damnet, sed concupiscentiam malam. Vide apud eumd. ibid. c.23.

De vtilitate Abstinentiæ, lege quoque Monita sacra Adriani Mangotij, parte 1. Monito 64. Et rursum A lapide in c.9. 1. ad Corinth.

Ego (inquit D. Bernar.) interdum abstineo, sed abstinentia mea satisfactio est pro peccato, non superstitio pro impietate. Serm. 66. in Cant.

De abstinentia (inquit D. Leo) castæ prodeunt cogitationes, rationabiles virtutes, salubria consilia: & per voluntarias afflictiones caro concupiscentijs moritur, & virtutibus spiritus innouatur. Ser. De ieiunio 10. mens.

Modicus ac temperatus cibus & carni & animæ vtilis est, ait D. Hieronymus ad Rusticum.

Quid prodest tenuari corpus abstinentiâ, si animus intumescat superbiâ? Quid virtutis habet vinum non bibere, & ira atque odio inebriari? Idem ad Celant.

Gula à paradiso expulit regnantem: abstinentia ad paradisum reuocat errantem. Ambros. serm. De ieiunio.

Cogitandum summoperè est, vt qui se illicita

meminit commisisse, à quibusdam etiam licitis studeat abstinere, quatenus per hoc Conditori suo satisfaciant; vt qui commisit prohibita, sibimetipsi abscindere debeat & concessa; & se reprehendat in minimis, qui se meminit in maximis deliquisse. Gregor. Hom. 34. in Euang.

Ego te asellc (inquiebat D.Hilarion) faciam vt non calcitres; nec te hordeo alam, sed paleis: fame te conficiam & siti: graui onerabo onere, vt cibum potiùs quàm lasciuiam cogites. Hieron. in Vita S.Hilar.

De Abstinentia plura vide apud D.Aug. super illud Roman.14. Noli propter escam destruere opus Dei. Lege quoque Apophthegmata Christiana Laurentij Beyerlinck, verbo Abstinentia. Est liber elegans & iucundus, ordine quoque Alphabetico digestus, quem & in multis aliis verbis meis consulere poteris. Vide quoque nonnulla huc spectantia infrà v. Ieiunium.

Abusio, seu Abusus.

Duodecim sunt abusiones sæculi, seu totidem abusionum gradus. Primus gradus est, Si sine bonis operibus sapiens quis & prædicator fuerit, qui quod sermone docet, actibus explere negligit. Secundus, Si sine Religione senex esse inueniatur. Tertius, Si sine obedientia adolescens deprehendatur. Quartus, Diues sine misericordia vel eleëmosyna. Quintus, Fæmina sine pudicitia. Sextus, Dominus sine virtute. Septimus, Christianus contentiosus. Octauus, Pauper superbus. Nonus, Rex iniquus. Decimus, Episcopus negligens. Vndecimus, Plebs sine disciplina. Duodecimus, Populus sine lege. Habentur hi gradus abusionum in fine

Operum

Operum D.Cypr. & etiam inter Opera D.Auguſt. Tomo 9.

Duodecim etiam ſunt abuſiones Clauſtri ſecundùm Hugonem, quibus tota Religionis ſumma corrumpitur: ſcilicet Primò, Prælatus negligens. Secundò, Diſcipulus inobediens. Tertiò, Iuuenis otioſus. Quartò, Senex obſtinatus. Quintò, Monachus curialis. Sextò, Religioſus cauſidicus. Septimò, Habitus pretioſus. Octauò, Cibus exquiſitus. Nonò, Rumor in clauſtro. Decimò, Lis in Capitulo. Vndecimò, Diſſolutio in choro. Duodecimò, Irreuerentia iuxta altare. De clauſtro animæ.

Quomodo Abuſus rei non ipſam rem ſed abutentem malum efficiat, oſtendit D.Chryſoſt. ſerm. De virtutibus & vitiis, Tomo 5.

De Abuſu rerum vide plura apud Laurent. Beyerlinck in Apophth. Chriſt. v. Abuſus rerum.

Acceptio perſonarum.

Non eſſe habendam perſonarum acceptionem in corrigendis peccatis, ſed potentes atque Magnates non minùs corripiendos quàm inferiores, vide Philipp. Diez Conc. 1. ſuper Dom. 2. Aduent. & Conc. 3. in eamdem Dom. ad illa verba, Non licet tibi habere, &c.

De Acceptione perſonarum habet integram Conc. Balduinus Iunius Conc. 1. ſuper Dom. 22. poſt Pentecoſt. De eadem materia fusè & doctè tractat Leonar. Leſſius lib. 2. De iure & iuſtit. ſect. 5. c. 32. dubit. 1. & ſequentibus.

Exempla de vitanda perſonarum Acceptione, vide apud Cornel. A lapide in c. 1. Deuteron.

Acceptio perſonarum non eſt, vbi non eſt iniquitas. Aug. lib. 2. c. 7. ad Bonifac.

Acceptor personarum non est Deus, cùm hunc à damnatione liberat, illum verò in eadem relinquit. Idem ibid. & Epistola 105. Exemplis id ibidem declarat.

Vos (inquit Innocent) non attenditis merita causarum, sed personarum; non iura, sed munera; non quod ratio dictet, sed quod voluntas affectet; non quod sentiat, sed quod mens cupiat; nō quod liceat, sed quod lubeat. Numquam in vobis est ita simplex oculus, vt totum corpus sit lucidum, sed aliquid semper admittitis fermenti, quo totam massam corrumpitis. Pauperum causam cum mora negligitis, Diuitum causam cum instantia promouetis. In illis rigorem ostenditis, in istis ex mansuetudine dispensatis. Illos cum difficultate respicitis, istos cum facinore tractatis, Illos negligenter auditis, istos subtiliter auscultatis. Lib. 2. De vilitate humanæ condit.

Clamat (ait idem) pauper, & nullus exaudit. Loquitur diues, & quilibet applaudit. Diues locutus est, & omnes tacuerunt, & verbum illius vsque ad nubes perducunt: pauper locutus est, & dicunt, Quis est hic? Et si offenderit, subuertent eum: clamat vim patiens, & nullus exaudit; vociferatur, & non est qui iudicet. Diuiti dicunt, Tu sede hîc benè; pauperi verò, Tu sta illic, vel sede sub scabello pedum meorum. Ibid.

Vide etiam infrà, verbo Personarum acceptio.

Accusare, Accusatio.

Quomodo diabolus futurus sit accusator noster in die Iudicij, vide apud Thom. Staplet. in Prompt. mor. Dom. 1. Quadrag. tex. 3.

Accusatio

Accusatio sui ipsius vtilis est. Vide A lapide in c.44.Genes.

Accusationibus non facilè credendum. Idem in c.18. Gen. De accusatione, accusatore, & teste, vide Lessium lib.2.De Iure & iustit. c.30. dubit.1. & sequent.

Adam.

De peccato Adami & Euæ, & vter grauiùs peccauerit,vide Bellarmin.lib.3.De amissione gratiæ & statu peccati, c.9. & Chrys. Homil.7. ad pop. Antioch.

De Adamo & Eua habet Homiliam idem Chrysost. in Genes.

Quòd Adam omni creaturæ fuerit prælatus,Homiliam habet idem Chrys.ibid.

De lapsu Adami Homiliam habet idem Chrys. ibidem.

Conuenientias inter Adamum & Christum, item inter Euam & Ecclesiam,vide & lege apud Petrum Muranum libro De arbore vitæ, Gall.scripto.

Adami & Christi pulchras antitheses vide apud Cornel. A lapide in c.5. Roman.

De Adami formatione,nomine,iustitia originali, sapientia, prophetia; item de peccato eius seu lapsu, vide eumd. A lapide in c.2. & 3.Genes.& alibi varijs locis.

Iam natus sum de Adam (inquit D.Aug.) non potest me iterùm generare Adam. Iam natus sum de Christo, non potest me iterùm generare Christus. Tract.11.in Ioannem.

Vnus homo per quem ruina, alius homo per quem structura. Cecidit qui non mansit, erigit qui non cecidit. Ruit ille, quia dimisit manentem; manens

nens ille deſcendit ad iacentem. Idem Auguſt. ſerm.12. De verbis Apoſtoli.

Adam primus & Adam ſecundus quomodo differant, vide D.Leonem ſerm.18. De Paſſione Domini, c.3.

Adami inobedientia & ſuperbia quantum nobis nocuerit, vide eumdem ſer.5. De Natiuit. Domini, cap.5.

Vide plura de Adamo apud Bellarm. in Controuerſ. De peccato primi hominis, Tom.3.

Adoptio.

De Adoptione, quantum ſit Dei beneficium, vide Leſſium lib.12. De perfect. diu. c.11.

Adoptio diuina fit in iuſtificatione. Vide A lapide in c.8. Roman.

Adoptio duplex, inchoata & perfecta. Idem ibid.

Adoptio in Baptiſmo incipit, in reſurrectione perficitur. Aug.lib.6. Contra Iulian.c.5.

Adoratio.

De Adoratione humanitatis Chriſti vide Feliſium in Decalogum.

De Adoratione Crucis Chriſti vide eumd. ibid.

De Adoratione Crucis in Paraſceue, vide Iacobum Gretſerum lib.2. De S.Cruce, c.66.

Tangere genua, priſcis fuit ſymbolum adorationis. Eius cauſæ. A lapide in c.4. Exod.

Adulatio, Adulator.

De Adulatione & Adulatoribus vide pulchra apud Corn. A lapide in cap.2.1.ad Theſſal.& apud eumdem in cap.23. Numer. Item apud Pintum in cap.12. Ezech.

Adulatio cauſa eſt tantorum errantium. Ruard. Tapp.Orat.7.

Adula-

Adulatores amici facilè seducunt. Idem ibid.

De Adulationis vitio D. Prosper lib. Epigrammat.

De Adulatoribus copiosè differit Staplet. in Prompt.mor. Dominic.22. post Pentec. text.3. & Dom.2. Aduent. text.7.

Adulantium linguæ, ait D. August. alligant hominem in peccatis. Delectat enim ea facere in quibus non solùm non metuitur reprehensor, sed etiam laudatur operator. In Psal.9. ex D: Prosp. suprà.

Nihil est (inquit idem) quod tam facilè mentes hominum corrumpat quàm adulatio. Plus enim nocet lingua adulatoris, quàm gladius persecutoris. In Psal.69.

Magis opto (ait rursum idem Aug.) à quolibet reprehendi, quàm ab errante vel adulante laudari. Non enim reprehensor formidandus est amatori veritatis: laudator verò vel adulator confirmat errorem. Lib.2. De Trinit.c.1.

Sunt nonnulli (inquit D. Greg.) qui, dum malefacta hominum laudibus efferunt, augent quæ increpare debuerant. Hinc enim per Proph. (Ezech.13.) dicitur, Væ his qui cōsuunt puluillos sub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia sub capite vniuersæ ætatis. Ad hoc quippe sub cubito puluillus vel ceruical sub capite iacentis ponitur, vt molliter quiescat. Quisquis ergo malè agentibus adulatur, puluillum sub cubito, vel ceruical sub capite iacentis ponit, vt qui corripi ex culpa debuerat, in ea fultus laudibus molliter quiescat. Lib.18. Mor. cap.3.

De Adulatione vide plura in Panario Busæi, v. Adulatio.

Adulter.

Adulter. Adulterium.

De Adulterio vide Aug. Ser. 78. in nouis. Chrys. Homil. 5. in cap. 4. 1. ad Thessal. Hieron. De muliere septies icta. A lapide in c. 26. Genes. & in c. 5. Numer.

De pœnis Adulterij vide eumdem A lapide in c. 38. Genes. & Hesselium in Decal. c. 178.

De Adulterio tractat idem Hessel. in Decal. c. 175. & sequentibus.

Adulterium grauiter taxatur apud D. Cypr. lib. De bono pudicit. & Epistola 97. Item apud D. Aug. lib. De fide & oper. c. 7.

De adulterio Dauidis agit idem Aug lib. 3. Doct. Christ. c. 21.

Adulterium non tantùm humano iudicio prohibitum, sed etiam diuino. Idem De fide & oper. c 18.

De muliere adultera & fornicaria amplam Scripturarum congeriem habes in libro nostrarum Spiritualium Strenarum.

Amator ardentior adulter, est vxoris, inquit D. Hieronym. lib. 1. contra Iouinian.

In peccato pari (scilicet adulterij) innocentiorem facit videri virum non diuina veritas, sed humana peruersitas, ait D. Aug. De 10. chordis.

Vt intelligas, in adulterio libidinem malam esse, si cui etiam non contingat facultas concûbendi cum coniuge aliena; planum tamen aliquo modo sit, id eum cupere, & si potestas detur, facturum esse; non minùs reus est, quàm si in ipso facto deprehenderetur. Idem lib. 1. De lib. arb. c. 8.

Adultera anima est anima mali Christiani: fornicaria autem est anima Pagani. Idem serm. 90. in no.

Adulter est, qui etiam interueniente repudio, alteri

alteri coniungitur. Idem lib. De nupt. c. 10.

Adultera non est quæ nesciens viro alterius nupserit. Idem De fide & operib. c 7.

Audi de Adulterio terribiliter loquẽtem D Ambros. Vnusquisque (inquit, explicans illa verba Genes. Afflixit Dominus Pharaonem propter Saram vxorem Abraham) castum se præbeat, alienum non affectet torum, nec latendi spe aut faciendi impunitate alienam vxorem incæstet, non incuria aut stultitia prouocetur mariti, aut absentia longiore. Adest enim præsul coniugij Deus, quem nihil lateat, nullus euadat, nemo irrideat, vicem absentis mariti tuetur, seruat excubias. Imò sine excubiis deprehendit reum antequam faciat quod parauerat: in animis singulorum, in mentibus vniuersorum crimen agnoscit. Et si maritum adulter fefelleris, non falles Deum. Et si maritum euaseris, & si iudicem fori eluseris, non euades iudicem totius mundi. Ille grauiùs vlciscitur iniuriam inopis, contumeliam imprudentis mariti. Maior est enim iniuria, auctorem quàm custodem thalami spretum esse, nec consideratum. Lib. 1. De Abrah. c. 2.

De Adulterio plura vide apud Auctores Catechisticos qui scribunt in Decal. super 7. Præcepto.

Aduentus.

Aduentus Saluatoris duplex. Bellarm. Conc. De S. Laurent. & A lapide in c. 10. Num.

Aduentus iudicis quàm terribilis; Bellarm. Conc. De extremo iudicio.

Aduentus Christi Domini necessarius. Bernar. Serm. 6. De Aduentu.

De Aduentu Christi lege eumdem Bernar. per 7. Conciones.

Nulla

Nulla causa veniendi Christo Domino fuit (ait D.August.) nisi peccatores saluos facere. Tolle morbos, tolle vulnera, & nulla causa est medicinæ. Venit ergo de cælo magnus Medicus, quia per totũ vbique iacebat ægrotus. Genus ergo humanum totum perierat, ex quo peccauit vnus, in quo totum erat. Ideò venit vnus sine peccato, qui saluos faceret omnes sine peccato. Non enim eum de cælo ad terram merita nostra, sed peccata nostra traxerunt. In c. 5. 1. ad Timoth.

De Aduentu Christi plura lege apud neotericos Scriptores super Dominicas Aduentus.

Aetas.

Quòd Ætas aggrauet peccatum, vide Pintum in c. 14. Ezech. ad illa v. Viri seniorum Israël.

Aetas parentum peior auis, tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitiosiorem. Horat.

Nulla ætas Dei regno infirma. Ambr. Tom. 3. Comment. in cap. 15. Lucæ.

Vtrùm puerilis ætas regno Dei aptior quàm adulta. Idem eodem Tomo, in c. 18. Lucæ.

Quomodo ætas in hominibus varietur. Idem Tom. 4. in Symbolum Apost.

Aetas iunior apud Deum non impeditur, nec senium collaudatur. Chrysostom. Tom. 1. Homilia in Palm. 50.

Ætates sex generis humani. Idem Tom. 1. Homilia De Iephte.

Aetas puerilis in verbo Dei instituenda. Idem Tom. 3. Expos. in Psalm. 8.

Aeternitas.

De Æternitate integram, & (ni fallor) vtilem Concionem

cionem habes in libro noſtrarum Strenarum, Strena 10. in genere.

De Æternitate pœnarum infernalium vide Leonar. Leſſium lib. 2. De immortalit. animarum. & Beſſe ſerm. 6. De inferno.

Æternitas ſuppliciorum infernalium quomodo iuſtè infligatur pro peccato temporali, vide Greg. l. 4. Dial. c. 43. & Leſſium l. 13. De perfect. diu. c. 25.

Æternitati comparata breuis eſt omnium temporum longitudo. Hieron. in cap. 30. Ezechiel.

Æternitas quid ſit, vide apud Corn. A lapide in cap. 27. Leuit. & in cap. 15. Exod.

De Æternitate Dei vide copiosè & doctè Leonar. Leſſ. lib. 4. De perfect. diuinis, per totum.

De fructibus qui oriuntur ex conſideratione Æternitatis Dei. Idem ibidem c. 4.

Æternitas quare nunc vnus dies, nunc plures vocentur dies. Aug. Ser. 128. in nouis, circa med.

Æternitas benè ponderanda. Bellar. in Conc. De cruciatibus gehennæ, circa finem.

Æternitas pœnarum benè conſideranda. Idem Conc. 7. ſuper Pſal. 90.

De annulo Æternitatis extat folium chartæ impreſſum Gandaui apud Cornel. vander Mæren.

Æterna ſunt præferenda temporalibus. Chryſ. Tom. 3. in Ioan. Homil. 43.

Mens intenta manſuris, ibi ſuum figat deſiderium, vbi quod deſideratur eſt æternum. Leo ſer. 1. De reſurr. Dom.

Afflictio, Afflictiones.

Ob amorem Chriſti omnem oportere ſufferre Afflictionem. Vide Chryſ. Hom. 63. ad pop. Ant.

In Afflictionibus & tribulationibus Deo gratias

 agen-

agendas, vide eumdem Chryſ.ibid.Hom.64. &65.

Quòd abſque tribulationibus & Afflictionibus non poſſimus cæleſte regnum acquirere, vide eumdem Homil.67.ad pop.Ant.

De iuſtorum Afflictione & impiorum proſperitate vide Leonardum Leſſ. lib.2. De immortal.animæ,ratione 19.& 15.

Cur Deus permittat bonos affligi, vide pulchras rationes apud eumd.l.11.De perfect.diuinis,cap.9.

Quòd Afflictiones operentur peccatorum noſtrorum remiſſionem, vide Chryſ. Homil.67. ad pop. Antioch.

Affligentes & infeſtantes magnanimiter ferre oportere. Idem Hom.68.ad pop.Antioch.

Afflictio in ſæculo,materia præmiorum eſt.Hieronym.Tom.1.Epiſt.34.ad Iulianum.

Quantò maiores afflictiones in hac vita pertulerimus, tantò maiora præmia poſt reſurrectionem conſequemur. Idem To.3.Epiſt.127.ad Fabiolam.

Afflictiones quæ Sanctis hìc immittuntur, plerumque etiam pœna peccati ſunt. Aug.in Pſal.32. & Chryſ.Hom.3.ad pop.Ant.

Afflictiones cur plures frequenter iuſtis immittantur. Cypr. lib.3. ad Quirinum,c.6. & Auguſt. Serm.79. in nouis, c.5. & lib.83. QQ. quæſt.82.

Affligit & punit Deus temporaliter etiam eos quos iuſtos eſſe conſtat, & ſaluare decreuit. Aug. lib.6.ſuper Ioſue,c.1.& lib.83. QQ. quæſt.82. ab iniuſtitia hoc Dei factum defendit.

In Afflictionibus conſolatio. Aug. Serm.79. in nouis, c.5.& Chryſoſt. Hom.1. ad pop. Antioch.

Afflictionis Sanctorum variæ cauſæ. Chryſ. Hom.1. & 6. ad pop. Ant.

Quare

Quare insontes cum sontibus sæpè puniat Deus. Idem Hom.3.ad pop.Ant.

Afflictiones non omnes ob peccata immittuntur, nec semper pœnæ sunt peccatorum, sed sunt subinde exercitationes iustorum. August. lib.83. QQ. quæst.27. & 82.

Placuit diuinæ prouidentiæ (inquit Aug.) præparare in posterum bona iustis, quibus non fruentur iniusti; & mala impijs, quibus non excruciabuntur boni. Ista verò temporalia bona & mala vtrisque hîc voluit esse communia, vt nec bona cupidiùs appetantur, quæ mali quoque habere cernuntur; nec mala turpiter euitentur, quibus & boni plerumque afficiuntur. Lib.1.De ciuit.c.8.

Afflictiones huius vitæ bonis cum malis communes semper fuerunt. Cyprian. De exhort. mart. & De mortalit.

Afflictiones huius vitæ non nimiùm metuendæ. Idem De mortalit.in princip.

De Afflictionibus vide plura infrà v. Tribulatio.

Ager, Agricola.

Ad Agricolas vide D.Chrys.Ho.19.ad pop.Ant.

Agriculturæ laudes vide apud Cornel. A lapide in cap.2.9.& 49.Genes.

De Agro strenuè colendo, vide eumdem in c.26. Genes.

De Agricultura cordis nostri, vide eumdem in c.9.Genes.

Tunc in nobis benè virtutum semina nutriuntur, (ait D.Leo) quando ab agro cordis nostri omne germen externum euellitur. Ser.1. De Quadrag.

Agnus Paschalis.

De Agno Paschali & modo eius manducandi,

cum mysticis significationibus, vide pulchrè apud Francisc. Costerum super Dom. 4. Quadrag. §. 5. & Ioannem Ferum super cap. 12. Exod. item Corn. A lapide in idem cap. denique Adrianum Hoffstadium serm. 18. De Eucharistia.

Agni paschalis & Christi 24. analogias vide apud eumdem ibidem.

De Agni benedictione vide Molanum per integram Orat. in lib. De Canonicis.

Alacritas.

Cùm bonum operaris, ait D. Prosper, hilaris operare: nam si quid boni tristis feceris, fit de te magis quàm facis. In Sentent. Sententia 115. Vide infrà verbo Deuotio.

Alea, Aleator.

De Aleatoribus & lusu Alearum vide D. Cypr. Epistola 96. vbi egregiè aleatores increpantur.

Mala quæ proueniunt ex lusu Aleæ, his ferè versibus continentur:

Hæc cum taxillis ludendo crimina fiunt:
Ecclesiæ spretus, vsuraque, rixa, rapina,
Scandala, tum nugæ, blasphemia, tum faciendi
Furti doctrina, violentia, copia falsi,
Et mortis causa, deceptio, perditioque
Temporis, & desiderium, corruptioque ingens,
Istis prædictis adulatio, vitaque turpis.

Alleluia.

Alleluia quid. Aug. Serm. 74. in nouis.

Altare.

Sæpè corde tepido & arido ad Altare accedimus, orationi incumbimus, persistentibus autem infunditur gratia, pinguescit pectus, replet viscera inundatio

datio pietatis. Bern. ſerm.9.in Cantica.

De Altarium erectione, antiquitate, & vſu, vide Beyerlinck Parte 3.in Dedicatione Eccleſiæ,& Durand.in Rationali.

Altitudo Dei.

Deus eſt altiſſimus quintupliciter. A lapide in cap.15.Exodi.

Altiſſimus quid ſignificet. Bellar.Conc.8. ſuper Pſal.90.

Ambitio.

De Ambitione,& malis quæ inde conſequuntur, vide S. Vigor ſerm. De ſancto Barthol. & Peronet ibidem.

Vide etiam pulchrum ſermonem De ambitione apud Doctorem Beſſe, in Opere ſuo Quadrageſimali ſuper Feria 4. poſt Dom.3. Quadrag. & D.Chryſoſt.Homil.41.ad pop. Ant. item A lapide in c.16.Num.

Ambitioſorum miſeria. Aug. lib.6. Confeſſ. cap.6.

Ambitio quale peccatum. Bellar.Conc.in Feſto S.Iacobi.

Habet Ambitio domeſticum periculum, (inquit S.Amb.) vt enim dominetur alijs, priùs ſeruit; & curuatur obſequio,vt honore donetur;& dum vult eſſe ſublimior,fit remiſſior. Lib.4.in Luc.

Amicus, Amicitia.

Amicus verus & ſincerus diu quæritur, vix inuenitur,& difficilè ſeruatur. Si vis vera amicitia delectari,eſto amicus Dei. Hieron.lib.2. in Mich. cap.7.

Præſtat eſſe amicum Dei quàm Cæſaris aut terreni Principis. Aug.lib.8.Conf. c.6.

Sicut amici adulantes peruertunt, sic inimici litigantes plerumque corrigunt. Idem ibidem lib.9. cap.8.

Amicus & inimicus quomodo diligendus. Bellar. Conc.25. super Dom.3. Quadrages.

Amicitia cum malis noxia. Basil. Hom.9.

Amicitia vera. Aug. lib.4. Confess. c.4.

Amicitiæ diuinæ cum humana comparatio. Idem lib.4. Confess. c.9.

Amor.

Amor Dei vsque ad contemptum sui ædificat cælestem ciuitatem Ierusalem: amor sui vsque ad contemptum Dei ædificat terrenam ciuitatem Babylonis. Aug. lib.14. De ciuit. c.28.

Amor rerum terrenarum viscus est spiritualium pennarum. Idem serm.33. De verb. Domini.

Cælum & terra, & omnia quæ in eis sunt, vndique nobis dicunt vt Deum amemus, nec cessant dicere omnibus, vt sint inexcusabiles. Altiùs autem miserebitur Deus, cui misertus erit: alioquin cælum & terra surdis loquuntur laudes eius. Idem lib.10. Confess. cap.6.

Sic etiam D. Prosper, Cælum (inquit) & terra, omnisque creatura ad hanc præcipuè disposita est humani generis vtilitatem, vt natura rationalis de contemplatione tot specierum, de experimentis tot bonorum, ad cultum & dilectionem sui Auctoris imbueretur. Quòd autem plerique surdis auribus hanc Dei vocem in potentissima rerum creatione & sapientissima gubernatione clarè resonantem prætereunt, non ad reprehensionem doctrinæ pertinet; sed inde euenit, quòd tam acerbo vulnere sauciata est humana natura, vt ad cognitionẽ Dei (multò

tò minùs ad amorem) neminem spontanea contemplatio valeat erudire, nisi obumbrationem cordis vera lux discusserit. Lib.2. De vocat.gent.c.4.

Minùs te, ô Domine, amat, qui tecum aliquid amat, quod non propter te amat. August.lib.10. Confess. c.29.

Libêre nobis non debet donum Dei, quod per delectationem sui separat ab amore Dei. Gregor. lib.9. Reg.

Quisquis seipsum non Deum amat, non se amat: & quisquis Deum non seipsum amat, ipse se amat. Qui enim non potest viuere de se, moritur vtique amando se. Prosper in Sententijs, num.37.

Disce, ô Christiane, à Christo, quemadmodum diligas Christum. Disce amare dulciter, amare prudenter, amare fortiter. Dulciter, ne illecti; prudenter, ne decepti; fortiter, ne oppressi ab amore Domini auertamur. Ne mundi gloria seu carnis voluptatibus abducaris, dulcescat tibi præ his sapientia Christus. Ne seducaris spiritu mendacij & erroris, lucescat tibi veritas Christus. Ne aduersitatibus fatigeris, confortet te virtus Dei Christus. Bern. serm.20. super Cant.

Amoris philtrum est amor. A lapide in cap.45. Genes.

De Amore Dei vide Chrysost. Tom.5. Dissimil. Cent.1.n.27.& 55.

Ad mutuum amorem inuitandum, Hieronym. Tom.2. Epist.62. ad Theophilum.

Amor facit omnia leuia. Aug. Ser.42.in nouis.

Amor sui fuit prima hominis perditio. Idem ibidem.

Ad amorem inuitatio nulla maior, quàm præue-

nire amando. Idem De catech. rud. cap.4.

Amor turpis est quo inferiora se homo sectatur: Idem lib.83. QQ. quæst. 35.

Amor sui vbi laudandus. Idem lib.1. De doct. Christiana, cap.25.

Amor temporalis inordinatus. Idem lib.4. Conf. cap.7.

Anathema.

Anathema vnde dictum sit. Aug. Quæst.43. super Num.

De Anathemate habet sermonem Chrysostomus Tomo 5.

De Anathemate consule etiam A lapide in cap.9. ad Roman. & in c.16. 1.ad Corinth.

Angelus, Angeli.

Cur potiùs reparatus sit homo lapsus quàm Angelus, vide apud Leonar. Less. lib.12. De perf. diu. cap.3.

De Angelo Custode lege pium & doctum libellum Francisci Albertini.

De Angelorum custodia, ministerio, & officio, vide A lapide in c.23. Exod.

De Angelorum præsidio circa Iacob, Elisæum, & alios, vide eumdem in c.32. Genes.

Quomodo Angelus bonus discernatur à malo, vide eumdem ibidem.

De Angelorum picturis vide Molanum lib. De picturis Imaginum: & Petrum Tyræum in Appendice 1. ad librum De apparitionibus spirituum.

De reuerentia Angelis exhibenda, pulchrè Bernard. super Psalm. 90. ad illa verba, Angelis suis mandauit.

Quomodo Angelus Custos noster omnia circa nos

nos exequatur, quæ Raphaël circa Tobiam, vide in lib. Litaniarum Thomæ Saillij, Part. 3. Exercitiō De S. Raphaële & Angelo Custode.

De Angelorum apparitionibus & picturis vide eumdem circa finem dicti lib.

Saluberrimè confitemur, quod rectissimè credimus, ait D. August. Deum Dominumque rerum omnium, qui creauit omnia bona valdè, & mala ex bonis exoritura esse præsciuit, & sciuit magis ad omnipotentissimam suam bonitatem pertinere, etiam de malis benè facere, quàm mala esse non sinere, sic ordinasse Angelorum & hominum vitam, vt in ea priùs ostenderet, quid posset eorum liberum arbitrium; deinde quid possit suæ gratiæ beneficium, iustitiæque iudicium. De corrept. & gratia c. 10.

Angeli vbique præsentes ad nostram tutelam. Chrysost. serm. De ascens. Domini. Tom. 3.

Angeli sancti curam nostri gerunt, cum quibus vnam constituimus ciuitatem. Augustin. lib. 10. De ciuitat. cap. 7. & Hesselius in Symb. cap. 114.

Vide pulchra de Angelis apud Bellar. Conc. 9. & 10. super Psalm. 90. & Hessel. in Symb. c. 9.

Angelorum casus irreparabilis. August. Ench. cap. 29.

Angelorum casus cur non pertransiuit in totum genus Angelorum. Idem ibid. c. 28.

Angeli mali transfigurant se in bonos. Idem Enchir. c. 60.

Angeli cur magis gaudeant in peccatorum conuersione. Idem lib. 8. Confess. c. 3. & 4.

Anima, Animæ.

Animæ quæ intus Dei omnipotentis claritatem

 vident,

vident, nullo modo credendum est quia foris sit aliquid quod ignorent. Gregor. lib. 12. Mor. c. 23.

Iussisti, Domine, & ita est, vt omnis inordinatus animus pœna sua sibi sit. August. lib. 1. Confess. c. 12.

Angusta est domus animæ meæ; quò venias ad eam, ô Domine, dilatetur abs te: ruinosa est, refice eam. Habet quod offendat oculos tuos, fateor & scio; sed quis præter te mundabit eam? aut cui alteri clamabo, Munda me? Idem lib. 1. Confess. cap. 5.

In eis quæ per corpus aguntur, anima prior est quæ concipit, disponit, mandat, quæ impellit, quæ prior tractat quod per corpus actura est, ita vt numquam conscientia posterior sit facto. Ideò anima meritò ante resurrectionem punitur. Tertull. lib. De anima, circa finem.

Anima cùm à iustitia se auertit (inquit D. Bernardus) à facie Domini egressa non reuertetur vt videat bona, si non requiratur à Domino: quasi verò aliud anima nostra sit quàm spiritus vadens, si sibi fuerit derelicta. Audi profugam & deuiam, quid doleat, quid petat: Erraui sicut ouis quę periit, quære seruum tuum. O homo, redire vis? Sed si in voluntate res est, quid opem flagitas? palàm est quia vult & non potest, sed est spiritus vadens & non rediens, etsi is sit longiùs agens qui nec vult. Quamquam nō omnino illam animam expositam dixerim vel relictam quæ reuerti cupit, & requiri petit. vnde enim voluntas hæc illi? Inde, ni fallor, quia à Domino visitata iam sit & quæsita. Sed non sufficit semel quæri, tantus est animæ languor, tantaq; in reditu difficultas. Dicit ergo, Quære seruum tuum,

tuum, vt qui dedit velle det & perficere, pro bona voluntate. Serm. 84. in Cantica.

Imperat animus corpori, & paretur statim: imperat animus sibi, & resistitur. Imperat animus vt moueatur manus, & tanta est facilitas, vt vix à seruitio discernatur imperium. Et animus animus, manus autem corpus est. Imperat animus vt velit animus, nec alter est, nec facit tamen. Vnde hoc monstrum, & quare istud? Imperat, inquam, vt velit, quæ non imperaret nisi vellet, & non fit quod imperat. Sed non ex toto vult: non ergo ex toto imperat. Nam in tantum imperat, in quantum vult; & in tantum non fit quod imperat, in quantum non vult. August. lib. 8. Confess. cap. 9.

Anima adultera & fornicaria quæ sit. August. Serm. 90. in nouis.

Anima quomodo sit immortalis & mortalis? Idem ibidem serm. 125.

Animæ vita Deus. Idem ibidem.

Ad animæ vulnera curanda exhortatio, à facili, à necessario, ab vtili. Chrysost. Homil. 8. ad pop. Antioch.

Anima quare data & vnita sit corpori. Dionys. Carth. articulo 32. De quatuor nouiss.

Animas iustorum defunctorum statim à morte ad Dei visionem admitti & gaudio perfrui. Bern. serm. 2. in Festo omnium Sanct. in med. & Serm. 4. Hesselius De officio pij viri. & in Symb. c. 113. Item Leonard. Lessius fusissimè lib. 3. De summo bono, c. 1.

Nondum tamen plena gaudent felicitate ante corporum resumptionem. Bernard. serm. 3. & 4. in Festo omnium Sanctorum.

Ani-

Animarum triplex ſtatus, in corpore videlicet corruptibili, ſine corpore, & in conſummata beatitudine. Idem in dicto ſerm. 3.

Animæ deſiderium nulla alia res implere poteſt, aut eam beatificare, præter iuſtitiam. Idem in dicto ſerm. 4.

Anima peccante, à Deo corpus meritò punitur. Chryſoſt. Homil. 4. de verbis Iſaiæ, Vidi Dominum, &c.

Animarum ſaluti inuigilare, eſt opus Deo gratiſſimum. Idem Homil. 3. in Geneſ. in med.

Animæ quorumdam Sanctorum non ſtatim ad gloriam admittuntur. Heſſelius in Symb. c. 126. & 127.

Animæ defunctorum in Purgatorio adhuc pœnas ſoluentium, ſecuræ ſunt de ſalute. Idem ibidem c. 129.

Animæ piorum poſt hanc vitam ſunt extra ſtatum merendi, & periculum peccandi. Idem ibidem c. 128.

Animæ defunctorum in Purgatorio exiſtentium, precibus viuorum iuuantur. Idem ibidem c. 126. & 127.

Annona, ſeu Annonæ caritas.

Quid faciendum ſit in annonæ caritate, vide apud Molanum lib. 1. De Canonicis, cap. 17.

Annus Iubileus.

De Iubileo, ſeu anno Iubilei, lege (ſi placet) libellum noſtrum, cui titulus, Iubilei veteris Iudæorum & noui Christianorū collatio. Impreſſus eſt Antuerpiæ in Officina Plantiniana, anno 1617.

Antichriſtus.

De Antichriſto lege librum Leonardi Leſſij, ſeu

ſeu eius Diſputationem apologeticam De Antichriſto eiuſque præcurſoribus.

De Antichriſto etiam copioſè & ex profeſſo tractat Matthias Lambrechts, Epiſcopus quondam Brugenſis, circa finem Decemb. in Legendis Flandricis Sanctorum. item Ribera in cap. 13. Apocal. item Bellarm. in Tomo Controuerſ. De Pontifice Rom. denique A lapide in 2. 2. ad Theſſal.

Apparitio.

Apparitio Chriſti & Dei triplex. A lapide in c. 35. Geneſ.

De Apparitione Chriſti in terris, lege Orat. 12. Theol. Eſtij.

Appellatio ad diuinum Iudicium.

An liceat piis viris, dum à tyrannis opprimuntur, ab illis ad diuinum tribunal prouocare, vide apud Feuardent. in Eſther.

Multa exempla eorum qui ſic prouocauerunt, vide, ſi placet, in lib. noſtrarum Strenarum, Strena 8. & 9.

Apoſtaſia.

Exempla punitæ apoſtaſiæ, vide apud Corn. à lapide in c. 17. Deut.

Apoſtoli.

Quomodo duodecim Apoſtoli 12. gemmis comparentur, vide apud Cornelium A lapide in 28. Exod.

De ſanctis Apoſtolis Petro & Paulo vide apud eumd. in cap. 26. Exod.

Hos Apoſtolos (Petrum & Paulum) gratia Dei in tantum apicem inter omnia Eccleſiæ membra prouexit, (inquit S. Leo,) vt eos in corpore, cui caput Chriſtus eſt, quaſi geminum conſtitue-

rit

rit lumen oculorum. De quorum meritis atque virtutibus nihil diuersum, nihil debemus sentire discretum: quia illos & electio pares, & labor similes, & finis fecit æquales. Serm. 1. De natiu. Apostolorum.

De Apostolorum Petri & Pauli sepulchris & cineribus ita loquitur D. Chrysost. Quemadmodum (inquit) corpus magnum & validum, duos habet oculos illustres (Roma,) Sanctorum videlicet illorũ corpora. Non ita cælum splẽdescit, quando radios suos sol ex sese dimittit, quemadmodum Romanorum ciuitas, duas illas lampades vndique terrarum effundens. Et: Qualibus, inquit, coronis duabus ornatur vrbs illa? qualibus catenis aureis cincta est? quales habet fontes? Propterea celebro hanc vrbem, non propter copiam auri, non propter columnas, non propter aliam phantasiam, sed propter columnas illas Ecclesiæ. Quis mihi nunc dabit circumfundi corpori Pauli? affigi sepulchro? videre puluerem corporis illius? Hoc corpus vrbem hanc munit, quod quauis turri innumerisque mœnibus ac vallis tutius est, & cum illo, corpus etiam Petri. Nam & viuentem honorauit. Ascendi, inquit, videre Petrum. Homil. vlt. in Epistolam ad Roman.

De Apostolis Petro & Paulo vide etiam infrà, v. Roma.

Apostoli vbi singuli prædicauerint, quibúsve in regionibus fuerint, vide apud Costerum in Controuers. De Ecclesia, ad notam Catholica. Et Osorium Conc. 2. super Dom. infra Octauam Ascens.

Apostoli nomine Paulus intelligitur. August. lib. 3. ad Bonifac. c. 3.

Apo-

Apoſtolus quomodo ſe carnalem dicat. Idem ibidem lib. 1. cap. 10.

Apoſtoli fidem in Chriſti paſſione perdiderunt. Auguſt. Serm. 59. in nouis.

Apoſtoli ſtellæ ſunt,turres,columnæ,medici,duces,doctores. Chryſoſt. ſerm. 1. De Pentecoſte.

Apoſtolis multa aduerſa Deus euenire permiſit, ne Dij putarentur. Chryſoſt. Homil. 10. ad pop. Ant. circa med.

Apoſtoli aut virgines fuerunt, aut poſt nuptias continentes. Hieron. Tom. 2. Epiſt. 50. ad Pammachium, ſub finem.

Apoſtoli quomodo in die Pentecoſtes Spiritum ſanctum receperunt. Idem Tom. 3. Epiſt. 150. ad Hedibiam, quæſt. 9.

Apoſtoli cuncti an ex æquo claues Regni cælorum acceperint. Idem Tomo 2. aduerſus Iouinianum lib. 1. circa medium.

Pulchrè D. Ambroſ. lib. 5. in Luc. ad illud c. 6. Elegit duodecim ex eis, &c. Aduerte (ait) cæleste conſilium. Non ſapientes aliquos, non diuites, non nobiles, ſed piſcatores & publicanos, quos dirigeret, elegit: ne traduxiſſe prudentia, ne redemiſſe diuitiis, ne potentiæ nobilitatiſque auctoritate traxiſſe aliquos ad ſuam gratiam videretur; vt veritatis ratio, non diſputationis gratia præualeret.

Et D. Auguſtin. De verbis Domini, ſerm. 59. Tom. 10. Magna, inquit, artificis miſericordia. Sciebat enim, quòd ſi eligeret Senatorem, diceret Senator: Dignitas mea electa eſt. Si eligeret diuitem, diceret diues: Opulentia mea electa eſt. Si Regem, diceret Rex: Poteſtas mea. Si Oratorem, Eloquentia mea. Si Philoſophum, Sapientia mea electa

electa est. Interim, inquit Dominus, differantur superbi isti, multum tument. Da mihi priùs istum piscatorem. Veni tu pauper; nihil habes, nihil nosti, sequere me: tam largo fonti vas inane admouendum est. Dimisit retia piscator, accepit gratiam, & factus est diuinus orator. Leguntur modò verba piscatorum, & subduntur colla Oratorum. Sic illi, rationem reddentes, cur Deus pauperes & abiectos elegerit in Apostolos.

Apostolica Sedes.

Sedis Apostolicæ moderatio hanc obseruat temperantiam (ait D. Leo) vt & seueriùs agat cum obduratis, & veniã cupiat præstare correctis. Epist. 13.

Apostolica seu Romana Sedes caput & radix Religionis. Bellarmin. Conc. 16. in Dominic. Septuages. ante finem.

Aqua, Aqua benedicta.

Aqua cur vino misceatur in oblatione calicis. Cyprian. 68. ante med.

Aquæ dum in Scripturis fit mentio, Baptismus significatur. Idem ibidem.

Aquæ quadruplex vsus. Bernard. serm. 1. De natiuitat.

De variis Aquarum significationibus in Scriptura sacra, vide D. Gregor. lib. 19. Mor. cap. 4.

De Aqua tribulationis vide Pintum in Ezech. c. 24. ad illa verba, Emitte in eam aquam, &c.

De Aquæ benedictæ vi admirabili, vide insignem historiam apud Theodoret. lib. 5. cap. 21. Hist. Eccles. Et ex professo de Aqua benedicta vide Bellarmin. lib 3. De cultu Sanctorum c. 7. item A lapide in cap. 19. Num.

Aquæ benedictæ vsus aduersus dæmonum & malo-

malorum ſpirituum incantamenta & infeſtationes. Hiſtor.tripart. lib.9.c.34. Euſeb. lib. 6. Hiſt. Eccleſ. c.7. & Heſſelius in Decal. c.59.

Aquila.

De Aquila copiosè diſſerit A lapide in c. 19. Exod. vide ibi varia exempla. vide eumdem in cap. 28. Deut.

Pulcherrimè Chriſtum Dominum Aquilæ comparatum vide ob varias rationes ex Ambroſio deſumptas, apud eumdem in cap. 32.Deut.

Arca.

De Arca veteris Teſtamenti, vide Corn. A lapide in c.25. Exodi.

Arca quomodo ſignificabat virginem Mariam. Ibidem.

Arius.

Arij hæreſiarchæ fœdiſſimus interitus. Sozomen.lib.2. Hiſt.Eccl. c.27.

Arma.

Armis duplicibus oppugnat mundus Chriſti milites. Auguſt.Serm.103. in nouis.

De Armatura militis Chriſtiani, Bellarmin. in Concionibus De tribulationibus, & Monita ſac. Part.1. Monit. 18.

Ars, Artes.

Artis mechanicæ peritia à Deo eſt. Auguſtin. Quæſt. 138. ſuper Exod. & 170.

Artes humanæ quænam amplectendæ ſint. Aug. lib.2. De doct. Chriſt. c. 39.

Miram & notandam artem docuit S. Aegidius S. Franciſci ſocius. Si vis, inquit ille, benè videre, erue oculos tuos, & eſto cæcus. Si vis benè audire, eſto ſurdus. Si benè loqui, eſto mutus. Si be-

nè ambulare, abſcinde tibi pedes. Si benè operari, mutila tibi manus. Si benè amare, habeas te odio. Si benè viuere, mortifica te. Si benè lucrari, diſce perdere. Si vis eſſe diues, eſto pauper. Si vis eſſe in deliciis, affligete. Si vis eſſe ſecurus, eſto in timore. Si vis exaltari, humilia te. Si vis honorari, deſpice te, & honora te deſpicientes. Si vis habere bonum, ſuſtine malum. Si vis eſſe in quiete, labora. Si vis benedici, deſidera maledici. O quàm magna ſapientia; ſcire hæc & facere! Et quia magna ſunt, non omnibus data ſunt. In Vita eius.

Aſcenſio.

De Aſcenſione Chriſti Sermonem habet Chryſoſt. Tomo 3.

Vide, ſi placet, de Aſcenſione Chriſti Concionem in libro noſtrarum Strenarum, vltimæ editionis.

Lege pulchrum & doctum lib. Bellarmini De aſcenſione mentis in Deum.

Aſſumptio.

De Aſſumpt. Mariæ Virginis lege Sermones D. Bernard. Item Hieron. Tom. 4.

Vide etiam & lege (ſi placet) Conc. De Aſſumpt. B. Mariæ in libro noſtrarum Strenarum, vlt. editionis. Item in Monitis Marianis Adriani Mangotij, Monito 17. & ſequent.

Aſtrologia, Aſtrologi.

Ex aſtris futura certò prædici non poſſunt. Auguſt. lib. 7. Confeſſ. c. 6.

Aſtrologia parum vtilis. Idem lib. 5. Confeſſ. cap. 5.

De Aſtrologia idem lib. 5. Confeſſ. c. 3.

Aſtro-

Astrologi cur aliquando vera prædicant. Idem lib. 4. Confess. c. 3.

De Astrologis, Diuinatoribus, & Genethliacis integram Homiliam vide apud Eckium Homil. 3. super Domin. 2. post Epiphan.

Præclarè Phauorinus Philosophus, deterrere volens & depellere adolescentes à Genethliacis consulendis, hunc in modum: Aut aduersa euentura dicunt, aut prospera. Si dicunt prospera, & falunt; miser fies, frustrà expectando. Si aduersa dicant, & mentiantur; miser eris, frustrà timendo. Si vera respondent, eaque sunt non prospera; iam inde ex animo miser fies, antequam fato fias. Si felicia promittant, eaque euentura sunt; tum planè duo erunt incommoda: nam & expectatio spei suspensum te afflictabit, & futuri gaudij fructum spes tibi iam deflorauerit. Aul. Gell. lib. 4. Noctium Attic. cap. 1.

Asylum.

De Asylis Iudæorum & Christianorum, vide à lapide in cap. 35. Num.

Auaritia.

Auaritiæ detestatio, eiusque incommoda. Cyprian. Epistola ad Donatum, circa finem. August. e professo Serm. 128. in nouis. Chrysost. serm. de malis à nobis euertendis, Tom. 5.

Auaritia vitanda. Cyprian. lib. 3. ad Quirinum cap. 41. & epistola 104. Augustin. Serm. 63. in nouis.

Auaritia quàm magnum sit peccatum. Cyprian. epistola 104.

Ab omni prorsus auaritia cauendum. August. Serm. 63. in nouis.

Auaritia omnium malorum causa. Chrysostom. To.3.Hom.39.in Ioan. & To.5. Orat. de Auaritia.

Contra Auaros, qui domos magnificas extruunt, equos & canes plurimos alunt, pauperes ac Christi membra fame perire sinunt, Chrys. ibid. To.5.

Anima lucri cupida etiam pro exiguo perire non metuit: nullumque est in eo virtutis vestigium, in quo auaritia sibi fecit habitaculum. D. Leo.

De quibusdam Auaris pulchra exempla vide apud Franciscum Costerũ in Domin. Quinquages.

Contra Auaritiam vide etiam Chrysost.Homil.2. ad pop.Ant.& Corn. A lapide in c.6. 1.ad Timoth.

Obsederunt animum tuum sterilitatis tenebræ, & recedente inde lumine veritatis, carnale pectus alta & profunda auaritiæ caligo cæcauit. Pecuniæ tuæ captiuus & seruus es: catenis cupiditatis & vinculis alligatus es. & quem iam soluerat Christus, denuò vinctus es. Seruas pecuniam, quæ te seruata non seruat. Patrimonium cumulas, quod te onerat pondere suo: nec meministi quid Deus responderit diuiti, exuberantium fructuum copiam stulta exultatione iactanti: Stulte (inquit) hac nocte, &c. Cypr. serm. 1. De eleëmosyna.

Auarus numquam satiatur. Pintus in cap.7. Ezechielis.

Auaritia pessima. Idem in cap.22. Ezech.

Contra Auaritiam scientiæ Estius Orat.5.Theol.

Auctor, Auctoritas.

Nullo sapiente auctore fit aliquis deterior. August. lib.83. QQ. quæst. 3.

Auctoritas Sedis Apostolicæ in omnibus decretis Concilij Trident. reseruatur. Conc. Trid. Sess.7. De Confir. Decreto De reformat. & Sess.25. c.21.

Aucto-

Auctoritas Patrum quanta fuerit apud Augustinum, lib. 2. De nupt. cap. 29.

Auctores sacri eloquentiam habent cum sapientia. Idem lib. 4. De doct. Christ. c. 6.

Auctores profani si quid rectè dixerint, non aspernandum, sed in nostrum vsum conuertendum. Idem lib. 2. De doct. Christ. c. 18. 28. & 49.

Ego, inquit idem Aug. solis eis Scripturis & libris, qui Canonici appellantur, didici hunc timorē honoremque deferre, vt nullum eorum scribendo errasse audeam credere. Alios autem ita lego, vt quantalibet sanctitate quantáve doctrina polleant, non ideò verum putem quòd ipsi ita senserint; sed quia mihi per alios Auctores aut Canonicas scripturas, vel probabiles rationes, quòd à vero non abhorreant, persuadere potuerint. In epist. ad D. Hier.

S. Augustinus.

O lucerna dignè super candelabrum Ecclesiæ posita, quæ latè Catholicis vrbibus de septiformi lilio, pastum oleo lætitiæ lumen effundens, densam licet hæreticorum caliginem discutis, & lumen veritatis à confusione tenebrarum, splendore clarifici sermonis enubilas. Os tuum fistulam aquæ viuæ, & venam fontis æterni meritò dixerim; quia fons viuæ aquæ salientis in vitam Christus effectus est. Cuius desiderio sitiuit in te anima mea, & vbertate tui fluminis inebriari terra mea concupiuit. Ita Paulinus compellat S. August. in Epist. 31.

Augustinus multarum lacrymarum filius. lib. 3. Confess. cap. 12.

De vita Augustini lege libros eius Confess. & Possidonium. vide & P. Corn. Lancilottum, qui lenissimè eam descripsit.

). Ambros. repete quid interrogatus sis, recognoſ-
ce quid responderis. Renuntiasti diabolo & ope-
ibus eius. Lib. De his qui mysteriis initiantur.

Nemo nascitur in Christi corpore, nisi priùs na-
catur in peccati corpore. August. lib. 1. De peccat.
ner. c. 29.

Ideò est secunda natiuitas instituta, quia nati-
itas prima est damnata. Idem lib. 6. contra Iu-
an. cap. 8.

Sub diabolo sunt, iudicio Dei, omnes cum pec-
ato generati, si non fuerint in Christo regenerati.
dem lib. 2. De nupt. c. 12.

In Baptismo regeneramur ad vitam, in Confir-
natione armamur ad pugnam. Melchiades Papa
ı epistola ad Episcopos Hispaniæ.

Quod olim circa Pharaonem gestum est, hoc
odie per exorcistas geritur circa diabolum, vt di-
ina potestate flagelletur, vratur, & torqueatur. Et
ùm exire se, & homines Dei dimittere sæpè dicat,
: in eo tamen quod dixerit, fallat, & id quod per
haraonem priùs gestum est, eodem mendacio ob-
inationis & fraudis exerceat; cùm tamen ad a-
uam salutarem, atque ad Baptismi sanctificatio-
em venitur, scire debemus & fidere quòd illic
abolus opprimitur, & homo dicatus diuina in-
ılgentia liberatur. Cyprian lib. 4. epist. 7.

Filium genuit mater, & casta est: Christum vn-
lauit, & sancta est. Nam sicut post partum glo-
ficata est Mariæ castificatio, ita post Baptismum
uæ comprobata est purificatio; nisi quòd pænè
aiori munere quàm Maria, vnda ditata est. Illa
im sibi tantùm meruit castitatem, ista nobis con-
lit sanctificationem: illa meruit ne peccaret, ista

Baptizari quare voluerit Christus. Aug. Serm. 110. in nouis.

Baptismus Ioannis non remittebat peccata. Idem Enchirid. cap. 48. & 49.

Baptismus omnibus ad salutem necessarius. Idem De peccat. mer. lib. 1. cap. 24. & lib. 3. cap. 12. & lib. 1. De nupt. cap. 19. item De verbis Apostoli, Serm. 14. denique Enchirid. cap. 43.

S. Bartholomæus.

Pulchrum & venustum exemplum de S. Bartholomæo vide apud Thom. Cantipr. lib. 2. c. 53.

Habet etiam Bellarm. Concionem de S. Bartholomæo in lib. suarum Concionum.

Beatitudo.

Omnes beati sic esse volumus, vt non solùm esse miseri nolimus, sed nec velle possimus. August. Enchirid. cap. 105.

Certa & secura est expectatio promissæ beatitudinis, vbi est participatio Dominicæ passionis. D. Leo De passione Domini.

Qui te, Domine, habet, beatus est, licet reliqua non habeat. Et si reliqua omnia habeat, & te non habet, beatus non est. Et si te & omnia alia habet, beatus est, non quia reliqua habet, sed quia te habet. Vide August. Tract. 98. in Ioan.

Beati omnes esse volumus. Idem Serm. 56. in nouis, & Serm. 66.

De octo Beatitudinibus lege Bernard. Serm. 1. in Festo omnium Sanctorum.

Beatitudinis gloriam pulchrè describit Auctor lib. De anima & spiritu, qui extat Tomo 3. Operum D. August. c. 57. & sequent. Vide etiam A lapide in cap. 4. 2. ad Cor. & copiosè in c. 26. Exod.

C 5 Lege

Lege lib. Bellar. De beatitudine Sanctorum, & Lessium De summo bono.

Beatitudo securitatem requirit, Prosper lib. 1. De vita contempl. c. 2. & 9.

Beatitudo hominis est, Deo perfectè adhærere. August. lib. 10. De ciuit. cap. 4.

Beatitudo in visionē & cognitione Dei consistit. August. lib. 83. QQ. quæst. 35.

In beatitudine seu Regno cælorum tripliciter Deo fruemur. Bernard. serm. 4. in Festo omnium Sanctorum.

Beatitudo sanctarum animarum maior erit post resurrectionē corporum quàm fuerit anteà. Bern. serm. 4. in Festo omnium Sanctorum, ante med.

Beatitudinis magnitudo omnem superat intellectum. Idem ibidem.

Beatitudinis consideratio quid operetur, quomodo inducat ad pœnitentiam, & faciat aspernari temporalia. Dionys. Carthus. De quatuor nouiss. articulo 67.

Beatitudo quàm sit magna, & quanta gloria Sanctorum in cælo. Idem ibidem articulo 59.

Tanta est pulchritudo iustitiæ, tanta iucunditas lucis æternæ (ait S. August.) vt etiamsi non liceret ampliùs manere in ea, quàm vnius diei mora, propter hoc solum innumerabiles anni huius vitæ pleni delicijs & circumfluentia temporalium bonorum rectè meritoque contemnerentur: non enim falsò aut paruo affectu dictum est: Quoniam melior est dies vna in atrijs tuis super millia. Lib. De triplici habit.

Beata vita quid, & vbi. August. lib. 10. Confess. cap. 23.

Beatorum

Beatorum vita perpetua. Idem Enchirid.c.111. & 113.

Non erit æqualis beatitudo omnium. Idem ibid.

Qui ſtrenam dare cupit de octo Beatitudinibus, conſulat (ſi velit) librum noſtrarum Strenarum, Strena 11. particulari.

De Beatitudine & gloria Beatorum habet etiam Orationem Bellarm. De quatuor nouiſſ. Conc.4.

Bellum.

De Bello, an licitum ſit, & quomodo, vide integram Hom. apud Eckium Homil.5. ſuper Dominic.3. poſt Epiph.

Non in multitudine & numero pugnatorum fidendum eſſe, vide exempla è Scriptura apud Oſorium Conc.2. ſuper Dominic.10. poſt Pentecoſt.

Bellum Chriſtianum pulchrè deſcribit Auguſt. lib.22. De ciuit. c.23.

De militia Chriſtiana vide Corn. A lapide in 1.cap. 1.ad Timoth.

De duodecim cauſis iuſti Belli, vide eumdem in cap.31. Numer.

De Bello vide & Heſſelium in Decalog. cap.156. & Auguſt. quæſt. 10. ſuper Ioſue.

Si Chriſtiana diſciplina omnia bella culparet, hoc potiùs conſilium ſalutis petentibus in Euangelio daretur, vt abijcerent arma, ſeque militiæ omnino ſubtraherent. Dictum autem eſt eis, Neminem concutiatis: Eſtote contenti ſtipendijs veſtris. Quibus proprium ſtipendium ſufficere præcepit, militare non prohibuit. Aug. De puero Cent.

Non quæritur pax vt bellum exerceatur, ſed bellum geritur vt pax acquiratur. Idem ad Bonif.

Lege etiam Bernardum De noua milit.

Bene-

Benedictio, Benedicere.

De benedicendo cibo vide Costerum in Dominic.4. Quadragesf. vide ibidem pulchra exempla. Vide etiam copiosè A lapide in c.4. 1.ad Timoth.

De septem Benedictionibus Abrahæ vide eumd. in c.12. Genes.

Cur filij paternas Benedictiones ambire soleant. Idem in c.27. Genes.

Benedictio Sacerdotalis efficax. Idem in cap.6. Num.

Benedictio populi noui Testamenti est, qua Moyses moriens tribubus Israël benedixit. Aug. lib. super Deut. cap. 56.

S. Benedictus.

Pulchram collationem sancti Benedicti cum Moyse, Elia, Elisæo, & D. Petro, vide apud Alanum Copum lib.2. Dial. cap.25.

De S. Benedicto eiusque miraculis vide D. Greg. in Dial. lib.2. per multa cap. Vide de eodem Serm. apud Bernardum.

Beneficium.

De Beneficijs nobis per Christum exhibitis, vide pulchrè apud Leon. Lessium lib.12. De perfect. diu. à cap.8. consequenter.

In capessendo munere cælesti mensura non est vel modus: profluens largiter spiritus, nullis finibus premitur, nec coërcētibus claustris intra certa metarum spatia refrænatur. Manat iugiter, exuberat affluenter, nostrum tantùm sitiat pectus, & pateat. Quantum illuc fidei capacis adferimus, tantum inde gratiæ inundantis haurimus. Cypr. lib.2. epistola 2.

De Beneficiorum diuinorum consideratione & medita-

meditatione vide pulchrè Granatensem lib.7. Memor.vitæ Christianæ.

Beneficij in proximum collati vtilitas vnde æstimanda. August. lib.13. Confess.c. 26.& 27.

Beneficia Dei varia in hominem recensentur apud Chrysost.in Psal.144.& in Psal.115.

Beneficia Ecclesiastica seu etiam officia non cognatis aut consanguineis, sed dignis conferenda. A lapide per multa exempla in cap.27. Num.

Benignitas.

Exempla diuinæ Benignitatis vide apud Lessium lib.1. De prouid. ratione 14.

S. Bernardus.

De S.Bernardo Concionem habet Adrianus Mangot.in Monit.sac.Part.3.Monit.119.

Bestiæ.

Bestijs quibus qui comparentur. A lapide in cap.11.Leuit.

Bestiæ in statu innocentiæ homini subiectæ erant. August.lib.1.c.6.contra Iulian.

Bethleem.

Bethleem interpretatur Domus panis, & de eo pulchrè philosophatur Bernard. Serm.6. in Vigilia Natiuit.

De Bethleem consule etiã A lapide in c.35. Gen.

Blasphemia.

De Blasphemia in Spiritum sanctum. Hieron. Tom.9. in Explanat. fidei ad Cyrillum.

Exempla & punitiones blasphemiæ, vide apud Leonard. Lessium lib.1. De prouiden. ratione 15. & Corn. A lapide in cap.24.Leuit.

Blasphemi in Deum ab omnibus increpandi. Chrysost.Hom.1.ad pop.Ant.

Vide

Vide etiam de Blaſphemia,ſi placet, Strenam noſtram 11. in particulari.

Bona, *Boni*.

Impoſſibile eſt(inquit Hieronymus) vt præſentibus fruamur bonis ſimul & æternis, tranſeundo de delicijs ad delicias; vt hîc ventrem & ibi mentem impleamus, & in vtroque ſæculo appareamus glorioſi. In epiſt.ad Iulian.cuius initiũ,Filius meus.

Adeò bonus eſt Deus(inquit Auguſt.)vt nec mala fieri permitteret,niſi ex malis bonum elicere noſſet. Enchirid.cap.11.

Tribus modis prouidemus bona coram hominibus, inquit S.Bernard. habitu, ne ſit notabilis; actione, ne ſit reprehenſibilis; ſermone, ne ſit contemptibilis. Tribus etiam modis prouidemus bona coram Deo, (vtrumque enim requirit Apoſtolus Rom.12.) cogitatione, vt ſit ſancta; affectione, vt ſit pura; intentione,vt recta. Prima memoriam, ſecunda voluntatem, tertia intellectum rectificat. Serm. De triplici iudicio.

Non eſt valdè laudabile, bonum eſſe cum bonis, ſed bonum eſſe cum malis. Et ſicut grauioris culpæ eſt, inter bonos bonum non eſſe; ita immenſi eſt præconij,bonum inter malos extitiſſe. Greg. lib.1. Mor.cap.1.

Bona nulla facit homo,quæ non facit Deus vt faciat homo. Aug.lib.2.c.8.ad Bonifac.

Inuitus nemo benè agit,etiamſi bonum eſt quod agit. Idem lib.1.Confeſſ.cap.12.

Minoris eſt peccati, ſequi malum quod bonum putaueris, quàm non audere defendere, quod pro certo noueris bonum. Hieron. in fine Prooemij contra Pelag.

Quòd

Quòd bona habere volumus,& boni ipsi esse nolimus. Aug.Serm.68. in nouis,ante finem.

Bona clericorum, inquit Augustinus,sunt bona pauperum. Vnde ego, qui Episcopus sum, cauere debeo, ne res pauperum diuitibus elargiar. Consanguineos habeo,ad me veniunt dicentes, Da nobis,Pater, aliquid; caro enim tua sumus: & tamen Dei gratia consanguineum aliquem ditasse non recolo. Chariores enim mihi pauperes reputo,quàm diuites. Serm.21. ad Fratres in eremo

Bonos & Sanctos in hoc mundo affligi nouum non est. Cypr.De exhort. martyr.c.11.

Bonorum virorum conuersatio quærenda,malorum vitanda. Idem lib.3.ad Quirin.95.& 68.

Bonum propositum non esse deserendum,etiamsi turba hominum contradicat,aut irrideat. Aug. Serm.40. in nouis.

Bonis proprijs non abutendum. Idem ibidem Serm.105.

Bonum non fecisse, nihil aliud est quàm fecisse malum. Chrys. serm.De virt.& vit.Tom.5.

Bona temporalia quare Deus indifferenter bonis & malis largiatur. Hesselius in Decal. cap.134.

Bonorum & malorum causa quæ sit. August. Enchirid. c.23.

Nihil boni ex nobis est ne extollamur. Idem lib.2. De peccator.mer.c.19.& lib.2.c.8. ad Bonif.

Ex bono malum oritur. Idem lib.1. contra Iulian.c.8.

Bona opera facta in gratia, merentur æternam gloriam. Pintus in Ezech. c.18.

Bona opera quomodo mortificantur. Idem ibidem.

Bona

Bona opera mortificata reuiuiſcunt. Idem ibidem.

Bonorum operum vtilitas. Bellarm. Conc.24. ſuper Domin.2. Quadrageſ.

Botrus.

Botrus terræ promiſſionis eſt Chriſtus Dominus. A lapide in c.13. Num.& Bellarm. Conc.20. ſuper Dominic. Quinquageſ.

Brauium.

Brauium quibus detur, & quæ neceſſaria ſint vt illud quis accipiat. Vide Bellarm. Conc.16. ſuper Dominic. Septuageſ.

Breuitas vitæ.

Breuitatis vitæ hypotypoſin vide apud Cornelium. A lapide in cap.47. Geneſ.

C.

Calceus, Calceamentum.

CALCEVS & calceamentum quid in Scripturis ſignificent. A lapide in cap.3. Exod.

Calceorum cum confeſſione comparatio. Bellarm. Conc.7. De tribulat.

Calix Dominicus.

Sic Calix Dominicus inebriat, vt & Noë bibens vinum inebriatus eſt. Sed quia ebrietas Dominici calicis & ſanguinis non eſt talis qualis eſt ebrietas vini ſæcularis, cùm diceret Spiritus ſanctus in Pſalmo, Calix tuus inebrians; addit, Perquam optimus; quòd ſcilicet calix Dominicus ſic bibentes inebriat, vt ſobrios faciat, vt mentes ad ſpiritualem ſapientiam redigat, vt à ſopore iſto ſæculari ad intellectum Dei vnuſquiſque reſipiſcat. Et quemadmodum

ſum vino iſto communi mens ſoluitur,& anima re-
axatur, & triſtitia omnis exponitur; ita & potato
ſanguine Domini & poculo ſalutari, exponatur
nemoria veteris hominis,& fiat obliuio priſtinæ
õuerſationis ſæcularis,vt mœſtum pectus ac triſte,
quod priùs angentibus peccatis premebatur,diuinę
ndulgentiæ lætitia reſoluatur. Cypr.lib.2. epiſt.3.

In ſanctificando Calice Domini offerri ſola aqua
ion poteſt, quomodo nec ſolum vinum. Nam ſi
inum tantùm quis offerat, Sanguis Chriſti incipit
ſſe ſine nobis:ſi verò aqua ſit ſola,plebs incipit eſ-
: ſine Chriſto. Idem ibidem.

Vide etiam Auguſt.lib.4.De doct. Chriſt. c.21.
: Eſtium Orat.15.16.& 17.

De Calice tribulationis vide pulchrè Pintum in
zech.cap.23.ad illa verba,Dabo calicem eius,&c.

Calumniator.

De Calumniatore & Criminatore vide Corne-
ium A lapide in cap.19.Leuit.

Calumniator tribus ſimul perſonis nocet. Baſil.
)rat.10. ante finem.

Caluinus.

De Caluini & aliorum hæreſiarcharum infelici
iorte, vide Bellarm. Conc.9. De ſceleribus hæ-
:ticorum.

De falſis miraculis tum Caluini tum aliorum
ereticorum, vide eumdem Conc. De miraculis
ereticorum.

Campana.

De Campanarum vſu & ſonitu, earumque virtu-
,ſi conſecratæ fuerint, vide Binsfeldium in Con-
ſſ. maleficorum. Lege quoque de ea re Petrum
leſſire Part.2.cap.9.

Cantus.

Vſus cantus fuit tempore D. Auguſtini. Lib. 10. Confeſſ. cap. 33.

De Cantus eccleſiaſtici vtilitate vide Bauim lib. 4. Chriſt. inſtit. cap. 4.

Captiuitas, Captiui.

Captiuos Chriſtianos redimendos eſſe à fratribus, docet Cyprianus epiſtola 101.

Captiuos quoſdam olim Chriſtiani Principes in memoriam Dominicæ paſſionis dimittere ſolent. Leo ſerm. 2. De Quadrageſ. & apud Cypr. Auctor De operibus card. Chriſt.

Caro.

Carnis concupiſcentias non ſectandas. Chryſ. Tom. 5. Homil. 8. De pœnitentia.

Non caret regia pietate, qui corpori ſuo nouerit rationabiliter imperare. Verè Dominator eſt terræ, qui carnem ſuam regit legibus diſciplinæ. Proſper in Sentent. num. 242.

Caro cùm concupiſcitur, penſetur quid ſit exanimis, & intelligetur quid ametur. Nihil quippe ſic ad edomandum carnalium deſideriorum appetitum valet, quàm vt quiſque hoc quod viuum diligit, quale ſit mortuum penſet. Gregorius lib. 18. Moralium.

Carnis rebellio ex peccato eſt. Auguſtinus libro 2. cap. 22. De peccatorum meritis. De peccato originali cap. 34. lib. 1. De nupt. cap. 1. & lib. 2 cap. 7.

Carnem odiſſe quomodo conueniat. Idem lib. 1. De doct. Chriſt. cap. 24.

Carnium inciſio apud gentiles in luctu vſurpari ſolita. A lapide in cap. 19. Leuit.

Caro

Caro nostra fluuius est pertransiens. August. Serm.48.in nouis.

Caro Christi dicitur iumentum eius. Idem ibidem.

Caro quæ nunc facit tormentum,posteà in resurrectione erit ornamentum. Idem Ser.64.in nouis.

Carolus Borromæus.

De laudibus & vita S.Caroli Borromæi, A lapide in cap.15.Exod. Vide etiam Lectiones in Breuiario Romano nouæ editionis.

Castitas.

Inter omnia Christianorum certamina, sola dura sunt prælia castitatis, vbi quotidiana pugna, rara victoria. Aug.lib.De honest.mul.cap.2.

Amanda est pulchritudo castitatis,cuius degustata delectatio inuenitur dulcior quàm carnis. Isid. lib.2.De summo bono,c.40.Vide Staplet. Dominica 2. post Pentecost.text.6.

Pulchrum castitatis encomium vide apud Bernard.epistola 42.

De fugiendis ijs quæ possunt obesse castitati, vide Franciscum Arias lib.De imitat. virg. c.31.

Castitas cur cingulo comparetur. Bellarm.Concion.5. De tribulat.

Efficacissimum remedium ad castitatem seruandam est humilitas; sicut econtrà superbia ad libidinem prouocat. A lapide in Paulum, cap.1.ad Rom.

Castitatis remedium, fuga mulierum & occasionum. Idem in cap 39.Genes.

Nimiùm præceps est, qui transire contendit vbi aliuth conspexit cecidisse; & vehementer infrænis est, cui non incutitur timor alio pereunte. Cypr. De singul.Cleric.

Cùm Apostolus dicat, Nolite locum dare diabolo, liberanda est diligenter de locis periculosis nauis, ne inter scopulos & saxa frangatur; eruenda est velociter de incendio sarcina, priusquam flammis superuenientibus concremetur. Nemo diu tutus est periculo proximus. Idem lib. 1. epistola 11.

In talibus (scilicet vetulis) tantò peccatur faciliùs licentiusque, quantò secretius & securius speratur fore delictum, quantoque minùs humani pudoris & supplicij talium ex copula timeri solet periculum. Idem De singul. Cleric.

De puritate & Castitate pulchra elogia vide apud Cornelium A lapide in cap. 12. Leuit. & apud Bernard. epistola 42. item Cypr. De bono pudicit.

Castitatis in Sacerdote conseruandæ ratio, si videlicet mulieres vitet, ebrietatem caueat, &c. Hesselius in Decal. cap. 144.

Castitas coniugalis Dei donum. August. lib. 3. contra Iulian. c. 21. lib. 1. De nupt. cap. 3. & lib. De gratia & lib. arbitr. c. 4.

Castitas coniugalis in quo posita. Idem lib. 1. De nupt. c. 4.

Castitas vera non nisi in pijs & fidelibus. Idem lib. 4. contra Iulian. c. 8.

Lege Orationem Bossemij De cohabitatione mulierum cum Clericis, & librum Henrici Cuyckij Episcopi Ruremond. contra concubinarios.

Vide plura in Viridario, v. Castitas.

Catechismus.

De antiquitate, vtilitate, & necessitate Catechisticæ instructionis vide Cornelium A lapide in Epistolam ad Galat. c. 6. item fusè apud Petrum Ribadinei-

badinciram in Vita B. Ignatij, lib. 3. c. 24. & in Viridario Busæi, v. Catechesis.

Catechumenus.

Quantumuis catechumenus proficiat, adhuc sarcinam suæ iniquitatis portat, nec illi dimittitur, nisi cùm venerit ad Baptismum. Aug. Tract. 13. in Ioannem.

De Catechumenis lege August. ad eosdem. & Serm. 68. in nouis.

Catenæ.

De Catenis Paulinis & aliorum Sanctorũ, quibus ob Christi nomen vincti fuerunt, mirè agit Chrys. Hom. 8. & 9. in c. 4. Ephes. & Hom. 16. ad pop. Ant. Vide & Cornelium A lapide in c. 3. Ephes.

D. Cypr. ad Martyres incarceratos & catenis oneratos loquens, Dicatis (inquit) Deo, hominibus, & fidem suam, religiosa virtute testantibus, ornamenta sunt ista, non vincula; nec Christianorum pedes ad infamiam copulant, sed ad coronam clarificant. O pedes feliciter vincti, qui non à fabro sed à Christo soluuntur! O pedes feliciter vincti, qui itineri salutari ad paradisum diriguntur! O pedes in sæculo ad præsens ligati, vt sint semper apud Dominum liberi! Epistola 25. lib. 3. Lege quæ sequuntur ibidem pulcherrima.

Idem lib. 4. Epistol. 1. O beatum, inquit, carcerem, quem illustrauit vestra præsentia! O beatum carcerem, qui homines Dei mittit ad cælum! O tenebras lucidiores sole ipso, & luce hac mundi clariores! vbi modò constituta sunt Dei templa, & sanctificata diuinis confessionibus membra vestra omnia.

Vide etiam infrà verbo Vincula.

 Census.

Census.

Nulli paruus est census cui magnus est animus; nec vmquam merito caret, etiam in tenui facultate, bonæ voluntatis opulentia. D. Leo serm. 2. De Quadrages.

De Censibus & Reditibus vide Lessium à c. 22. lib. 2. De Iu re & Iustit.

Ceremoniæ.

De Ceremonijs in Sacrificio adhibendis, in epistola Cælestini cap. 11.

Ceremoniæ Ecclesiæ superstitiosæ non sunt. Hesselius in Decal. cap. 59.

Ceremoniarum veteris Testamenti abolitio. Idem in Decal. c. 98.

Ceremoniæ similes sunt paruis ligulis, quibus circuli doliorum colligantur. Videntur enim paruæ illæ ligulæ parum conferre vt tantum vini in magnis vasis conseruetur; & tamen experientia docet, sine illis vinum in vase conseruari non posse. Sic ceremoniæ sacræ, si per se spectentur, non videntur magni faciendæ; sed si consideretur quem vsum habeant, & quomodo per ista symbola externa integritas Religionis conseruetur & foueatur, planè vtiles sunt ac necessariæ. Pipinus Rosa.

De recto vsu Ceremoniarum, earumque vtilitate, vide Beyerlinck in Festo Purificat.

Ceremoniæ circa sepeliendos. Aug. lib. 9. Confess. cap. 12.

De Ceremonijs latissimè tractat Hosius in sua Confess. à cap. 87.

Charitas.

Charitatis venenum est spes adipiscendorum aut

aut retinendorum temporalium. Aug. lib. 83. QQ. quæst. 36.

Charitas semper debetur, etiam dum redditur. Et ad quos se extendat, quamque mercedem expectet. Fulgent. serm. 6.

Charitas alia humana, alia diuina; quæ partim licita, partim illicita. Aug. Serm. 40. in nouis.

Charitati Dei & Christi nihil præponendum. Cypr. lib. 3. ad Quirin. c. 18. A lapide in cap. 22. Genes.

Sine charitate nulla virtus prodest. Prosper epistola ad Demetr. & lib. 3. De vita contempl. cap. 14.

Hinc D. Leo, Nudæ sunt, inquit, omnes sine charitate virtutes, nec potest dici in qualibet morum excellentia fructuosum, quod non ediderit dilectionis partus. Serm. 10. De Quadrag.

Facilè possunt sine charitate quælibet bona perire, quæ non possunt sine charitate prodesse. Prosper lib. 2. De vocat. gentium, c. 11. Vnde cap. 8. Dignus est perdere inutilem fidem, qui non exercuerit charitatem.

Charitatis laudes describit idem Prosper lib. 3. De vita contempl. cap. 13. & D. Chrysost. Hom. 1. De incomprehensib. Dei natura.

Charitatis & fraternæ dilectionis commendatio. Cypr. lib. 3. ad Quirin. cap. 3.

Charitas nobis commendata est in ipsa animæ cum corpore vnione. Bern. serm. 2. De natiuit. Domini.

Charitatis officia generalia omnibus exhibenda, etiam inimicis. Hessel. in Decal. cap. 117.

Charitas Dei donum est. August. lib. De gra-

tia Christi c.21. De gratia & libero arbitrio, c.18. & 19.

Charitas finis præcepti. Idem Enchirid. c.121.

Charitas perfectissima, quæ. Idem De natura & gratia, cap.70.

Charitas perfecta, perfecta iustitia est. Idem ibidem.

Charitas perpetuò manet. Idem lib.1. De doct. Christ. cap.38.

Charitas augetur. Idem De gratia Christi, c.11.

Charitas hominem bonum facit. Idem Enchir. cap.117.

Charitatis commendatio. August. Serm.2. in nouis.

Charitatis duo præcepta. Idem Serm.17. in nouis.

Omnia fiunt charitati facilia, cui vni Christi sarcina leuis est, aut ea vna est sarcina ipsa quæ leuis est. Idem De natura & gratia c.69.

Non sunt in te Christianæ charitatis viscera, si luges corpus à quo recessit anima, animam verò non luges à quo recessit Deus. Idem serm.41. De Sanctis.

Quia naturale est vt homines diligentes se diligant, hac humilitate & charitate Filij Dei liquefacta est duritia mundi; vt agnosceret saltem beneficium reparationis, qui non agnouerat excellentiam suæ conditionis. Idem serm.19. De Sanctis.

Peccatum est, cùm vel non est charitas quæ esse debet, vel minor est quàm debet, siue hoc voluntate vitari possit, siue non possit. Quia si potest, præsens voluptas hoc facit; si non potest, præterita voluntas hoc fecit: & tamen vitari potest, non quando voluntas

luntas superba laudatur, sed quando humilis adiuuatur. Idem De perfect. iust. ratiocinat. 15.

Ideò exigua bonorum temporalium impendia magna æstimatione taxantur apud Deum, quia pondera operum charitatis lance pensantur. D. Leo serm. 3. De collect.

Vbi charitas est, quid est quod possit deesse? vbi autem non est, quid est quod possit prodesse? Aug. Tract. 83. in Ioannem, Tom. 9.

Sicut ignis vbi siluam occupauerit, omnia purgare consueuit: ita & charitatis feruor, quocumque inciderit, omnia perimit atque perrumpit: vbi charitas est, omnia sublata sunt mala. Chrys. Hom. 7. in 2. ad Timoth.

Quemadmodum lapis ad lapidem in ædificio, mediante cæmento constringitur; sic in ædificio Ecclesiæ, Christianus ad Christianum mediante charitate connectitur. Idem Hom. 7. in Matth.

Ille tenet & quod latet, & quod patet in diuinis sermonibus, qui charitatem tenet in moribus. Aug. serm. De laudibus charitatis.

De Charitate vide etiam August. Serm. 40. in nouis.

Prærogatiuas charitatis pulchrè & piè tractatas vide apud Granatensem lib. Memorialis vitæ Christi, per totum cap. 1.

De Concordia & Charitate lege quoque Chrysost. Hom. 51. ad pop. Ant.

Lege etiam copiosè de Charitate Costerum super Domin. Pentec. §. 1.

De Charitate Concionem habet Bellarm. in Festo S. Barthol. & in Dominic. Quinquages. Conc. 1. & iterùm Chrys. Tom. 5.

De Charitate & inimicorum dilectione vide iterùm pulchrè Augusſt. ſerm.61. De tempore.

Charitatis fraternæ exempla vide apud Cornelium A lapide in cap.32.Exod. & in cap.19. Leuit.

De octo dotibus Charitatis vide eumdem in c.6. Deuter.

Vide plura in Viridario Buſæi, verbo Charitas.

Chorea.

Vide infrà verbo Tripudia.

Chriſtianus, Chriſtus.

Conuerſatio magiſtri, forma eſt diſcipuli; & fruſtrà appellamur Chriſtiani, ſi non ſimus imitatores Chriſti. Leo ſerm.5. De natiuit.

Conſidera Chriſtiane dignitatem tuam, & iam diuinæ conſors naturæ, noli iterùm in veterem vilitatem degeneri conuerſatione redire. Idem ſer.1. De natiuit.

Nimis delicatus miles es, Chriſtiane, ſi putas te ſine pugna poſſe vincere, ſine certamine triumphare. Exere vires, fortiter dimica, atrociter in prælio iſto concerta. Conſidera pactum, attende conditionem, militiam noſce. Pactum, quod ſpopondiſti; conditionem, qua acceſſiſti; militiam, cui nomen dediſti. Chryſ. Homil. De martyribus, quòd aut imitandi ſunt, aut non laudandi.

De nobilitate hominis Chriſtiani eiuſque dignitate vide P. Ioannem Dauidis in libro Flandrico, cui titulus, Den Gheeſtelijcken Bickorf, Parte 8. per totam.

Chriſtianis non eſſe imputanda mala (vt dicebant infideles) quibus mundus quondam vrgebatur, ſed falſorum potiùs deorum cultoribus. Cypr. epiſtol. ad Demetr. Aug. lib.1. De conſenſu Euangeliſt. c.33.

Chriſtia-

Christianus non est, qui cum inimico Christi tenet amicitiam. Cypr. epistola 96.

Christianis propriæ sunt afflictiones, & ad has perferendas parati esse debent. August. Serm. 79. in nouis, cap. 5.

Christiani quare simus. Idem serm. 216. De tempore.

Christiani hominis dignitas. Saluianus lib. 4. De prouid.

Christiani à Christo dicimur. Hesselius in Symb. cap. 19.

Solus non est, cui Christus in fuga comes est. Solus non est, qui templum Dei seruans vbicumq; fuerit, sine Deo non est. Et si fugientem in solitudine ac montibus latro oppresserit, fera inuaserit, fames, sitis, aut frigus afflixerit, vel per maria præcipiti nauigatione properantem tempestas aut procella submerserit, exspectat militem suum Christus vbique pugnantem. Nec minor est martyrij gloria, non publicè & inter multos periisse, cùm pereundi causa sit propter Christum perire. Cyprian. lib. 4. epistola 6.

Vera iniquitas in Christo non fuit, sed mortalitas in illo fuit. Peccatum non suscepit, sed peccati pœnam. Suscipiendo autem sine culpa pœnam, & pœnam sanauit & culpam. August. serm. 14. De verbis Apostoli.

Christus mercator. Idem Serm. 16. in nouis.

Quòd Christus sit Deus, habet Chrysostom. Homiliam Tom. 3.

Tota vita Christi in terris per hominem quem gessit, disciplina morum fuit. Omnia enim bona mundi Christus contempsit, quæ contemnenda docuit;

cuit; & omnia mala ſuſtinuit, quæ ſuſtinenda præcepit; vt nec in illis quæreretur felicitas, nec in illis timeretur infelicitas. Auguſtin. lib. De vera Relig. cap. 16. vide Corn. A lapide cap. 25. Exod.

Chriſti paupertas nos ditat, Chriſti infirmitas nos ſanat, Chriſti fames nos ſatiat, Chriſti mors nos viuificat, Chriſti ſepultura nos reſuſcitat. Ambroſ.

Chriſtus nobis omnia. Corn. A lapide in c. 25. Exod.

Chriſtus omnia paſſus eſt & tolerauit quæ nos pati & tolerare vult. Idem in c. 28. Exod.

Chriſti fortitudo te creauit, infirmitas Chriſti te recreauit: fortitudo Chriſti fecit vt quod non erat eſſet, infirmitas Chriſti fecit vt quod erat, non periret: condidit nos fortitudine ſua, quæſiuit nos infirmitate ſua. Auguſt. Tractat. 15. in Ioann. poſt initium.

Chriſtus fons eſt qui numquam poteſt exhauriri, & quadruplicem ſcaturit aquam. Bernard. ſerm. 1. De natiuit.

Chriſtus quomodo etiam hodie naſcatur, cùm iam tantò antè dictum ſit, Puer natus eſt nobis. Idem ſerm. 6. in Vigil. natiuit.

Chriſtus à Chriſmate dictus, id eſt Vnctus: & Chriſtiani, vncti dicuntur. Cyprian. De vnct. Chriſmat. & Heſſelius in Symb. c. 19.

Chriſtus verus eſt Paſtor. Auguſtin. Serm. 81. in nouis.

Chriſtus caput eſt Eccleſiæ. Idem Serm. 80. in nouis.

Chriſtus quare in vltima mundi ætate ac ſenectute

ctute venerit. Auguſtin. lib.83. QQ. quæſt. 58.

Chriſtum veram habuiſſe carnem, contra Manichæos oſtendit Auguſt. Serm. 69. in nouis.

Chriſtus voluntariè pro nobis mortem ſubiit. Chryſoſt. ſerm. De Trinit. Tom. 3.

Chriſtus tribus modis in Scriptura intelligitur. Auguſt. Ser.47. in nouis.

Chriſtus ſponſus cum ſua ſponſa Eccleſia vnum quiddam conſtituit. Idem ibidem Serm. 43. & Serm.47.

Chriſti facta ſignificatiua fuerunt, & veluti viſibilia verba. Idem ibidem Serm. 41.

Chriſti ſanguine & morte obfirmatum eſt nouum Teſtamentum. Cyprian. epiſtola 104. De dup. martyrio.

Chriſtus exemplum viuendi nobis reliquit. Cyprian. lib.3. ad Quirin.c.39.

Chriſtus ſponſus eſt Eccleſiæ, de qua filij ſpiritualiter naſcuntur. Idem ibidem c. 18.

Chriſtus lapis dictus qui in montem creſcit. Idem ibidem c. 16. 17. 18.

Chriſtus per lapidem ſignificatur. Auguſtin. quæſt. ſuper Ioſue 30.

Chriſtus leo dicitur propter fortitudinem, agnus propter innocentiam. Idem Serm. 83. in nouis.

Chriſtus in Moyſe præfiguratus. Proſper Part.2. Præmiſſ. & prædict. c.9.

Chriſtus in Iephte præfiguratus. Auguſtin. quæſt 49. ſuper Iudic.

Chriſtus per ſerpentem æneum præfiguratus, qui à morſu diaboli liberat. Proſper Part.2. Præmiſſ. & præd.c.11.

Chri-

Christus per Sampsonem præfiguratus. Prosper Part.2.c.21. ibidem.

Christus in Ioseph præfiguratus. August.super Deuter. c.57.

Christus in Samuele præfiguratus. Prosper Part.2.prædict.c.24. & August. lib.1. De consensu Euangelist. cap.3.

Christus in Dauide pastore citharizante præfiguratus. Prosper suprà cap.25.

Christus Dominus sacerdos fuit secundùm ordinem Melchisedech. Cyprian. epistola 68. ad Cæcil.

Christus sapientia Dei per quem omnia facta sunt. Cyprian. lib.2. ad Quirin.c.1.

Christus manus & brachium Dei est. Idem ibidem lib.2. c.4.

Christus primogenitus Dei dicitur. Idem ibid.

Christus Deus & homo futurus prædicitur, vt mediator esse possit inter nos & Patrem. Idem ibidem c.10. & August. Serm. 82.in nouis, c.13.

Christus humilis in primo aduentu venturus dicitur. Cyprian.lib.2.ad Quirin. c.13.

Christus resurrecturus, & à morte non vincendus dicitur. Idem ibidem c.24.

Sine Christo ad Patrem perueniri non potest. Idem ibidem c.27.

De Christo vide plura apud Bellarm. in Controuers. Tom.1.

Cibus.

Cibo corpus pascitur, pio opere spiritus nutriatur. Quod moriturae carni tribuitis, victuræ in perpetuum animæ non denegetis. Gregor. Homil. 4.in Euang.

Ex

Ex cibo non ſanctificato, nec benedicto, quid Religioſæ cuidam acciderit, vide Gregor. lib. 1. Dial. c. 4.

De ſigno Crucis imprimendo cibis, vide Auguſtin. Tractat. 118. in Ioannem, & Chryſoſt. Homil. 55. in Matth.

Cibi vt medicamenta ſumendi. Auguſt. lib. 10. Confeſſ. c. 31.

In cibis facilè ſubrepit exceſſus. Idem lib. 4. contra Iulian. c. 14.

Ciborum ſuauitas propter infirmitatem corporis, non propter voluptatem requiritur. Idem ibidem.

Totum ſe nobis Chriſtus exhibet in cibum, vt ſicut Diuinitate nos reficit, quam ſpiritualiter guſtamus corde, ita nos humanitate reficiat, quam corporaliter comedimus ore. Innocent. III. lib. 4. De myſt. alt. c. 44.

Cibus iniquitatis temporaliter cum ſuauitate comeditur, ſed æternaliter cum amaritudine digeritur. Auguſt. in Pſalm. 48. Conc. 2.

Cilicium.

De Ciliciphoris ſeu Cilicij geſtatoribus vide multa exempla apud Cornelium A lapide in c. 37. Geneſ.

Cincinni.

Contra Cincinnatos & Calamiſtratos vide pulchrè Corn. A lapide in cap. 29. Leuitic.

Cinis.

Homo cinis. A lapide in c. 18. Geneſ. & Pintus in Ezech. c. 2.

Cineris memoria vtilis. Idem in c. 9. Ezech. & in cap. 16.

De

De Cineribus vide fusè Beyerlinck Parte 3. suarum Conc. in die Cinerum.

Circumcisio.

De spirituali & noua circumcisione Concionem habes in lib. nostrarũ Strenarum, Strena 1. generali.

Circumcisionis institutio, vsus, & causæ. A lapide in cap. 17. Genes.

Vide etiam de spirituali Circumcisione Monita sacra Adriani Mangotij, Part. 2. Monit. 107.

Circumcisio figura Baptismi. August. lib. De peccato orig. c. 32. lib. 2. contra Iulian. c. 6. & lib. 6. c. 3.

Quid significetur quòd circumcisio fieret octauo die. Idem lib. 3. De peccator. mer. c. 5. & lib. De peccato orig. c. 31. & 32.

Circumcisio carnalis euacuanda & spiritualis instituenda prædicitur. Cyprian. lib. 1. ad Quir. c. 8.

Circumcisio signum fuit veteris Testamenti. August. Serm. 50. in nouis.

Circumcisio significabat expoliationem veteris vitæ per Christi resurrectionem. Idem Serm. 66. in nouis.

Circumcisus fuit Christus vt nobis documentum fidei & exemplum humilitatis præberet. Bernard. serm. 1. & 3. De circumcis.

Ciuitas.

Ciuitas à quibus commendanda, vide Chrysost. Homil. 17. ad pop. Ant.

In ciuitate cælesti Rex est veritas, lex charitas, modus æternitas. August. epistola 5. ad Marcell.

De Ciuitate cælesti vide Cornelium A lapide in cap. 11. Epistolæ ad Hebræos.

De eius gaudiis Gregor. Homilia 37.

Si

Si quæratur vnde sit ciuitas superna? Deus eam condidit. Si vnde sit sapiens? A Deo illuminatur. Si vnde sit felix? Deo fruitur. Subsistens modificatur, contemplans illustratur, inhærens iucundatur. Est, viget, amat. In æternitate Dei viget, in veritate Dei lucet, in bonitate Dei gaudet. Augustin. lib. 11. De ciuit. c. 24.

Ciuitates duæ erunt post iudicium, quarum vtraque suos terminos habebit. Augustin. Enchirid. c. 111.

Quòd duo amores duas ædificent ciuitates, August. lib. 14. De ciuit. c. 28. Lege libros August. De ciuit. Dei.

Clementia.

Clementiæ Principum exempla vide apud Cornelium A lapide in cap. 50. Genes. Vide eumdem copiosè in cap. 33. Exod.

De Clementia Dei, vide suprà verbo Benignitas.

Clerici.

De Clericorum exemptione, vide Tractatum Bellarmin. in Controuers. post Tractatum De indulgentiis.

Clerici institutio. Hiero. Tom. 1. ep. 2. ad Nepot.

Contra Clericos vanos, desides, & delicatos, vide ex D. Bern. & S. Hugone Cornelium A lapide in c. 18. Num.

Clericorum portio, sors & hereditas, Deus. Idem ibidem. & Hieron. lib. 2. epistola 14.

Quanta perfectionis eminentia requiratur in Clericis, vide Bellar. lib. 1. De arte moriendi, c. 14.

Clerici testamento tutores prohibentur nominari. Cyprian. epistola 27. ad Presbyt. & Diac. Furnis consistentes.

Clerici anima ſunt Reipubl. Chriſtianæ, laici corpus. Wilhelmus Lindanus in epiſtola dedicatoria præfixa Orationibus Ruardi Tapp.

De Clericorũ tonſura & raſura Orationẽ habet Henricus Cuyckius inter Panegyricas quintam.

Væ, væ tibi Clerice, inquit Bernard. mors in olla, mors in tuis deliciis eſt, ob id maximè quia peccata populi conſtat eſſe quæ comedis, &c. In Declamat. ſuper Ecce nos reliquimus.

De Clericis plura vide apud Bellarm. in Controuerſ. Tom. 1.

Cogitatio.

Cogitationes impudicæ vbi inciderint ſtatim præſcindendæ. Heſſelius in Decal. c. 144.

Cogitationes mentis à rebus futilibus quomodo cohiberi poterunt. Baſil. in Reg. fuſiùs diſput. Inter. 5.

Dum paruus eſt hoſtis, interfice: nequitia, ne zizania creſcant, elidatur in ſemine. Hieron. epiſtola ad Euſtoch.

De vigilantia ſuper cogitationibus cordis agit Bernard. ſerm. De triplici genere bonorum. & ſerm. De triplici genere cogitationum.

Cogitatio bona à Deo eſt. Auguſtin. epiſtola 106. & lib. 2. ad Bonifac. c. 8.

Cogitationis peccata. Staplet. ſuper Dominic. 5. poſt Pentecoſt. text. 2. & Dom. 18. text. 5.

Cognitio Dei.

Cognitio Dei neceſſaria. Staplet. in Domin. 2. poſt Paſch. text. 5.

Tam acerbo vulnere natura hominum ſauciata eſt, vt ad cognitionem vnius Dei neminem ſpontanea contemplatio valeat erudire, niſi humanæ igno-

ignorantiæ tenebras, illuminationis diuinæ gratia discusserit. Prosper.

De Cognitione Dei, vide pulchrè Viridarium Ioan. Busæi, verbo Cognitio.

Cognitio sola Legis non sufficit ad malum euitandum, aut benè operandum. Augustin. De spiritu & littera, cap.4. 8.& 12. De natura & gratia, cap.40. De gratia Christi cap.9. 10. & 11. Denique Enchirid. cap. 81.

A Cognitione diuinorum quænam retardent. Idem lib.7. Confess. cap.17.

Cognitio matutina & vespertina. August. lib. 11. De ciuit. cap.29.

Cognitio sui.

Vide Cor. A lapide in c.15. Deut.& Monita sacra Adriani Mangotij Part.1. Monit.50. Item Chrysost. Homil. super eo quod Dauid dixit, Quis sum ego,&c. Tom.1. Item Abrahamũ Pzouium Conc 2. & 3. super Dom. 9. post Pentecost. Rursum A lapide in cap. 3. Exod. & in cap. 15. Deuter.

De Cognitione sui, pulchrè & fusè Ioannes Busæus in Viridario, verbo Cognitio sui.

Columba.

De proprietatibus Columbæ quæ accommodantur Spiritui sancto, vide D. Thom. Par.3.q.39.

Quomodo Columba symbolum sit castitatis & pietatis, vide exemplis demonstratum apud Corn. A lapide in cap. 12. Leuit.

Septemdecim proprietates Columbæ vide apud Balduinum Iun. Conc. 1. in Festo Purificat. & Osorium ibidem.

De proprietatibus Columbæ vide etiam, si placet, Strenam nostram tertiam in particulari, qua-

E 2 tenus

tenus appropriantur septem donis Spiritus sancti.

Christus quomodo columbæ comparetur. Bellarmin. in Dom. Lætare.

Columna.

De Columna Hebræorum pulchrè differit A lapide in cap. 13. Exod. & in cap. 9. Num. vide ibidem quid Columna illa significauerit.

Commercium.

Nulla cum hæreticis commercia copulanda, nulla cum eis conuiuia vel colloquia miscenda, & tam debemus ab eis esse separati, quàm sunt illi de Ecclesia profugi. Cyprian. lib. 1. epistola 3.

Comessationes.

De Comessatione, crapula & ebrietate, Bellar. lib. 1. De arte benè moriendi, c. 16.

Communio.

Non esse negligenter vel indignè cõmunicandum pulchrè Chrysost. Tom. 3. in Orat. de B. Philogon.

Docet ibidem, Communionis tempus non esse Festum aliquod, sed conscientiam puram. Vide eumdem non minùs pulchrè Homil. 60. ad pop. Ant. & Homil. 61.

Quantam munditiem exigat Deus à Communionem accipientibus, exemplis demonstratum vide apud Cornelium A lapide in cap. 21. Leuit. & in cap. 22. Leuit. circa initium.

De necessaria ad Communionem præparatione, vide apud Bellarmin. in pio libello suo De arte benè moriendi, cap. 12. ex professo autem & fusè, vide & lege apud Adrianum Hoffstadium, in Sermonibus Eucharisticis (quos vtinam omnes Pastores & Concionatores sibi compararent ac diligenter euoluerent!) Serm. 36. 37. & 38.

Con-

Concilia.

Nihil aliud agitur decretis Conciliorum, quàm vt quod simpliciùs anteà credebatur, iam explicatiùs & expressiùs credatur, non autem vt aliquid ad fidem addatur. Vincent. Lirinens. contra profanas hæres. nouit.

De Conciliorum ordine & serie vide Costerum in libello Proposit.

Ex professo de Conciliis tractat Bellarmin, in Controuers. Tomo 1. Opus autem Controuersiarum Bellarmini vocat A lapide Panopliam rectæ fidei, & Opus æterna memoria dignum, in Prooemio ad Epistolas Pauli c. 3.

Concio, Concionator.

De Concionatoribus vide, si placet, Corollarium de Concionibus in lib. Strenarum nostrarum.

De Concionibus audiendis, ibidem Coroll. 2.

Conciones quales esse debeant, similiter Concionatores cuiusmodi esse oporteat, vide A lapide in cap. 10. Num. vide eumdem in cap. 23. Leuit.

Concordia.

Salubriter vnus concordiæ nectat affectus, quos Catholicæ sincera & vna tenet confessio veritatis. Gregor. lib 7. Epist. Indict. 2. epistola 6.

Concordiæ encomia vide apud Cornelium A lapide in cap. 2. Philip.

Concordia impiorum contra bonos. Stapleton. in Dominic. 22. post Pentecost. text. 2.

De Concordia admirabili ipsius Ecclesiæ lege Orationem Bellarmini.

Concubinarius.

Contra Concubinarios habet sermonem diuus Chrysost. Tom. 3. sub finem.

Lege diligenter librum Henrici Cuyckij Episcopi Ruræmond. contra concubinarios; & Matthiæ Bossemij Doctoris Duacensis, De cohabitatione mulierum cum Clericis. De concubinatu, Hessel. in Decal.cap.181.

Concubinarios redarguit Augustin. Serm. 78. in nouis.

Concupiscentia.

Concupiscentia quomodo vetita sit propter sex rationes, & quomodo quatuor modis vincatur. A lapide in cap.5. Deuter.

Languor iste tyrannus est, ait S. Augustinus. Si vis te tyranni esse victorem, Christum inuoca Imperatorem. Serm.12.De verb. Apostoli.

Si spiritus tuus à carne concupiscentiæ non dissentit, vide ne fortè carni mens tua tota consentiat. vide ne ideò fortè non sit bellum, quia tacita pax est. Idem serm. 43. De verb. Domini. & serm.3. De verbis Apostoli.

Hereditarium hoc iniquitatis glutinum visceribus nostris tenacissimè inhæret. Ambros. in Psalm. 118.

Si singuli illiciti motus animi mei singula quædam in te, Deus, sunt conuitia, puta iracundiæ motus, in mansuetudinem tuam; inuidiæ, in charitatem tuam; turpitudinis, in castitatem tuam; & innumera his similia, quæ de cœnoso lacu pectoris mei incessanter etiam nunc ebulliunt, impingentes in serenitatem præfulgentis vultùs tui: quid magnum feci, solos cohibere artus, actus corrigere? Si has atque huiusmodi, quas (foris licet) vacans, intus actitare non cesso, iniquitates obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit? Bernard. epistola 42.

Con-

Concupiſcentia carnis in quæ & quanta peccata erumpat, ſi mens ei conſentiat. Proſper lib. 3. De vita contempl. c. 6.

Concupiſcentia in baptizato pœna peccati eſt, non peccatum, ſi mens ei non conſentiat. Idem ibidem c. 2. & Heſſelius in Symb. c. 89.

Concupiſcentia renatorum per tropum appellatur peccatum. Idem ibidem c. 90. & 92.

Concupiſcentia ſemper odio habenda eſt. Auguſtin. Serm. 49. in nouis.

Concupiſcentia minui poteſt, finiri non poteſt. Idem ibidem.

Concupiſcentia quatenus homini lapſo prohibeatur. Heſſelius in Decal. c. 213.

Concupiſcentia impedit iuſtitiæ perfectionem. Idem ibidem, & in Symb. c. 91.

Concupiſcentiæ reatus dimittitur in Baptiſmo. Auguſt. lib. 1. De nuptiis, cap. 27. & lib. 1. ad Bonifac. cap. 13.

Concupiſcentia manet in renato poſt dimiſſum peccatum ad exercitium. Idem lib. 1. De pec. mer. cap. 39. & lib. 2. cap. 4. & lib. 1. De nupt. c. 25. & alibi.

Concupiſcentia conſentientem in mortem trahit. Idem lib. 2. De peccat. mer. c. 4.

Aliud eſt concupiſcentiam non habere, aliud deſideriis eius non obedire. Idem lib. De natura & gratia, cap. 62.

Confeſſio.

De Confeſſione vide Bellarm. in Controuerſiis, in Tractat. De Sacrament. & Coſterum ſuper Dominic. 1. poſt Paſcha. Item Aegidium Coninck De Sacramentis.

Quanta ſit neceſſitas faciendæ integræ confeſſionis, ſtupendo exemplo cognoſce quod refert Martinus Delrio, lib.2.Diſquiſit.Magic.quæſt.26. ſect.5.

Confiteri ſolent olim in principio Quadrageſimæ. Vide Franciſcum à Victoria in Summa ſua.

Confeſſio duplex, laudis & peccati. Auguſtin. Serm.3.in nouis.

Quatuor ſunt quæ confeſſionem impedire ſolent. Bernard. in Sententiis, & Philippus Diez Fer.5.Domin.Quadrageſ.Tom.2.

De Confeſſione peccati habet Sermonem Chryſoſt. Tom.5. vide etiam A lapide in cap.6. Leuitici

Confeſſionis peccatorum vtilitas. Proſper lib.2. De vita contempl. cap.7.

Confeſſione peccatorum glorificatur Deus. Cyprian. epiſt.104. De dupl. martyrio.

Confeſſio non differenda. Auguſt. Serm. 82. in nouis.

Confeſſionem fidei commendat Cyprian. epiſtola 63. ad Thibarit.

Confiteri fidem nemo poteſt ſine gratia Dei. Heſſelius in Orat.Domin.cap.30.

Confeſſio malorum ad quid conducat. Auguſt. lib.10. Confeſſ.cap.3.

Confeſſionis magni ſunt fructus. Idem ibidem cap.4.

Cur confiteamur Deo ſcienti peccata. Idem ibidem lib.11. cap.1.

Confeſſionis Sacramentalis peccatorum vtilitas & neceſſitas. Stapleton. Domin. 1. poſt Paſcha, text.4.

Malè

Malè quidam confitentes. Bellarm. lib. 1. De arte benè moriendi, cap. 13.

Admonitionem Bellarmini ad Confess. vide in Concionibus.

De Confessione peccatorum, plura vide ex Scripturis & Patribus, in Viridario Ioannis Busæi, verbo Confessio.

De sigillo secreti in confessione seruando, vide Balduinum Iun. Conc. 3 in Domin. 1. post Pascha.

Confessarius.

Confessarius Iudex & Medicus. Bellar. lib. 1. de Principe Christ. cap. 6.

De Confessariorum officio & necessariis conditionibus lege Casuistas, vt Nauarrum, A graphiis, Binsfeldium, Caietanum in Summa, & alios.

Confirmatio.

Confirmationis quatuor effectus vide apud Cornelium A lapide in cap. 1. 2. ad Corinth.

De Confirmationis Sacramento vide Bellarm. in Controuers. & Costerum super Dominic. Pentecostes.

De Confirmatione vide & Bellarm. lib. 1. De arte benè moriendi c. 11. Item Cardinalem Hosium in Confess. fidei, c. 38. Quo Opere etiam de aliis omnibus agit Sacramentis. Opus est vtilissimum, & lectu dignissimum. Lege quoq; Catechismum Concilij Tridentini ad Parochos de hoc Sacramento & aliis: item Conciones catechisticas Michaëlis Suffraganei Moguntini tractantis de hoc & aliis Sacramentis. Quæ Conciones multùm commendantur à Cardinali Hosio Præside Concilij Tridentini in Tractatu De Eucharistia capite 41.

Coniugium.

De Coniugum inter se officiis vide pulchrè & exactè Feuardentium in Ruth cap. 1. & Hesselium in Decal.cap.137.

Coniugalis fides etiam vitæ temporali anteponenda. Idem in Decalog.cap.176.

De bonis Coniugij vide Bellarm. lib.1. De arte benè moriendi cap. 15.

Coniuges veri non sunt,sed potiùs adulteri, qui nascituræ proli impedimentum ponunt. August. lib.1. De nupt.c.15.

Coniuges qua intentione conuenire debeant. Idem ibidem cap. 8.

Ex coniugibus iustis & sanctis cur nascantur filij iræ. Idem ibidem cap. 18.

Coniugum spiritualis amor. Idem ibidem cap.17.

De Coniugio vide plura infrà verbo Matrimonium.

Consanguinei.

Consanguinei & conterranei colendi, amandi,& iuuandi. Hesselius in Decalog. cap. 136.

Conscientia.

Consciẽtia bona non semper sufficit,sed aliis notam esse quandoq; expedit. Aug.Ser.82.in nouis.

Qui vult habere bonam spem, habeat bonam conscientiam: hanc vt habeat, credat & operetur. August.Præfat.in Psalm.31.

Testis facti est ipse Iudex, accusatrix facti ipsa conscientia. Idem ibidem Serm. 53. in nouis.

Si potens est qui mundo imperat, quàm potens est qui Deum in conscientia sua portat. Augustin. Serm.3. in natiu. Domini.

Con-

Conſcientia ſui ſceleris carnifex. A lapide in cap. 4. Geneſ. vide eumdem in cap. 42. Geneſ.

De Conſcientia bona & mala pulchra vide apud eumdem in cap. 26. Leuit.

Ampliſſimè autem ex Scriptura & Patribus vide in Viridario Ioannis Buſæi, verbo Conſcientia bona.

De examine Conſcientiæ eiuſque vtilitatibus, vide eumdem ibidem.

Conſenſus.

Suaſionibus agit Deus, vt velimus & credamus, ſiue extrinſecus per Euangelicas exhortationes, ſiue intrinſecus vbi nemo habet in poteſtate quid ei veniat in mentem. Conſentire autem vel diſſentire propriè voluntatis eſt. Auguſtin. de ſpiritu & littera, cap. 34.

Non obeſt ſenſus, vbi abeſt conſenſus. Bern.

Conſideratio.

Encomia huius virtutis vide apud Bernardum lib. 1. De conſiderat. cap. 7.

Conſilia.

Conſilia hominum infida. A lapide in cap. 16. Geneſ.

De conſilio propriæ voluntatis lepra peſſima, vide Bern. ſerm. 3. De reſurr.

Conſilia Euangelica etiam ſub veteri Teſtamento inſinuata ſunt. Heſſel. in Decalog. c. 38.

Conſilia cordium manifeſtabuntur. Feuardent. in Ruth.

Conſilia vbi ſunt multa, ibi & ſalus. Idem ibidem.

Conſilia aliquando mutare pro re nata, prudentis eſt. Idem ibidem.

Con-

Conſilia humana quomodo & quàm ſæpè eludantur. Bellar. Conc. 3. De gehenna.

Conſolatio.

Conſolatorias litteras vide apud Hieronymum lib. 2. epiſt. ep. 23. & 24. item Tomo 1. ep. 25. & Tom. 4. ad Marcellam in exilium miſſam.

Vide etiam Thomam Stapleton. in Vita S. Thomæ Cantuar.

Conſolatio in aduerſis ex verbo Dei petenda. Feuardent. in Ruth.

Conſolationes piorum quantæ. Bellar. Conc. 5. ſuper Pſalm. 90. ante Partem 2. Lege Conciones eiuſdem De tribul.

Conſolationes iuſtorum. Staplet. in Domin. 4. poſt Epiph text. 5. & Domin. 3. poſt Paſcha, text. 3.

Conſuetudo.

Conſuetudo mala, bona conſuetudine morigeranda. Auguſt. Serm. 49. in nouis. & Chryſoſt. Homil. 7. ad pop. Ant.

Conſuetudinis prauæ quanta vis, vide apud Auguſtin. lib. 8. Confeſſ. cap. 11. & Cyprian. lib. 2. epiſtola 2.

Væ tibi flumen moris humani (ait Auguſtinus) quis reſiſtet tibi? quamdiu non ſiccaberis? Quouſque volues filios Euæ in mare magnum & formidulosum, quod vix tranſeunt qui lignum conſcenderunt. Auguſt. lib. 1. Confeſſ. c. 16.

Ex voluntate peruerſa facta eſt libido; dum ſeruitur libidini, facta eſt conſuetudo; dum conſuetudini non reſiſtitur, facta eſt neceſſitas. Aug. lib. 8. Confeſſ. cap. 5.

Conſuetudinis magna vis. Auguſt. lib. 7. contra Iulian. cap. 7.

Con-

Consuetudine peccata etiam horrenda leuia videntur. Idem Enchirid. cap.80.

Consuetudines quædam malæ & iniustæ. Idem De doctr.Christ.lib.3.cap.14.

Consuetudo peccati. Staplet. in Dom.11. post Pentecost.text.2.& Dom.15.text.7.

Consuetudines bonæ seruandæ, præsertim ecclesiasticæ. Staplet. in Dominicam 1. post Epiphan. text.2.

Contemplatio.

Contemplationem tria sunt quæ impediunt. Bern. serm.5.De Assumpt.

De Contemplatione vide fusè Viridarium Busæi verbo Contemplatio.

Contentio.

Contentio quid sit, & quando quis contendere censeatur. Hesselius in Decal.cap.128.

Continentia.

Continentiam iubes. Da quod iubes, & iube quod vis. Aug.lib.10.Confess.c.29.

Exempla Continentiæ coniugalis, eorum scilicet coniugatorum, qui ex mutuo consensu perpetuam virginitatem seruauerunt, vide apud Bellar.in Controuers.lib.2. De Monach. c.37. & apud Maffæum lib.4.c.3.De perseuer.

Quando non ab hoste sed à seipso affligitur fortis, in ipso intus est qui vincendus est hostis. Aug. lib.6.contra Iulian.c.5.

Continentiæ & virginitatis bona. Cypr. lib.3. ad Quirin.cap.32.

Continentiæ votum facere non possunt Coniuges sine mutuo consensu. August. quæst.59.super Numer.

Conti-

Continentia Dei donum. Aug. lib. 5. contra Iulian. c. 10. lib. De gratia & lib. arb. c. 4. & lib. 6. Confess. c. 11. & lib. 10. c. 29 & 31.

Continentia sola visa est difficilis Augustino. Lib. 6. Confess. c. 3. 11. & 12.

Iubet Deus continentiam, & dat continentiam: iubet per legem, dat per gratiam: iubet per litteram, dat per spiritum. Aug. epistola 89. q. 2.

Putabam me miserum fore nimis, si feminæ priuarer amplexibus: & medicinam misericordiæ tuæ, ad eamdem infirmitatem sanandam non cogitabam, quia expertus non eram, & propriarum virium credebam esse continentiam, quarum mihi non eram conscius, cùm tam stultus essem, vt nescirem sicut scriptum est, Neminem posse esse continentem, nisi dederis. Vtique dares, si gemitu interno pulsarem aures tuas. Idem lib. 6. Confess.

Contritio.

Contritio cordis pœnitenti necessaria. Staplet. Dom. 4. post Pasch. text. 1.

Contubernium.

Suspectum contubernium vitandum. D. Hier. Tom. 1. epist. 47.

Contumacia.

Ego, inquit Ambrosius, parcens vobis, tacere velim: sed malo vos contumaciæ causas reddere, quàm me negligentiæ sustinere iudicium. Ser. 84.

Contumelia.

Contumelia siue conuitium quid, & quàm magnum peccatum sit. Hessel. in Decal. cap. 166.

Contumeliæ ferendæ. Staplet. in Domin. passionis, text. 3.

Conuer-

Conuersatio.

Conuersationem bonam in aperto esse expedit. August. Serm. 82. in nouis.

Conuersatio bonorum cum malis. Stapleton. in Domin. 16. post Pentec. text. 1.

Conuersio.

De his qui recenter ad Deum conuersi sunt. Bern. serm. 6. De modo benè viuendi.

Conuersio hominis fit paulatim. August. lib. 5. Confess. cap. 14.

Conuersionis initium est diuinis verbis intendere. August. ibidem.

De conuersione Augustini responsum accepit mater eius à quodam Episcopo. Lib. 3. Confess. cap. 12.

Conuersio Euodij. Augustin. lib. 9. Confess. c. 8.

Conuersio Victorini. Lib. 8. c. 2.

De conuersione peccatoris cur magis gaudeant Angeli & homines sancti. August. lib. 8. Confess. cap. 3. & 4.

Conuiuia.

De Conuiuijs veterum vide P. Cornelium A lapide in cap. 5. Epistolæ ad Ephes.

Conuiuialis sobrietas. Stapleton. in Domin. 2. post Epiph. text. 1.

Conuiuia quatenus permissa, & quæ sint honesta. Feuardentius in Ruth.

Cor.

Magni est operis & laboris, mobilitatem cordis ab omnibus continere peccatis, & cùm vndique innumeræ voluptatum illecebræ blandiantur, ad nulla contagia vigorem animi relaxare. Leo serm. 11. De Quadrages.

Cor

Cor offerendum Deo, & nosipsi. A lapide in cap. 13. Exod.

De corde eiusque encomijs vide integrum ferè Sermonem apud Bessein Opere suo Quadragesimali, super Fer. 4. Dom. 3. post Quadrages.

Cor durum quid sit, vide apud Bernard. lib. De præcep. & dispens. & lib. 1. De consider.

Non est in potestate nostra cor nostrum & cogitationes nostræ, quæ improuisò offusæ, mentem animumque confundunt, atque adeò aliò trahunt quàm tu proposueris. Ad sæcularia reuocant, mundana inferunt, voluptaria ingerunt, illecebrosa intexunt, ipsoque in tempore, quo eleuare mentem paramus, inserti inanibus cogitationibus, ad terrena plerumque deijcimur. Ambros. lib. De fuga sæculi, c. 1. Vide Aug. De bono perseuer. c. 8.

Nihil est in me corde meo fugacius, quod quoties me deserit, & per prauas cogitationes defluit, toties Deum offendit. Bernar. in Meditat.

Cor maximè custodiendum, & quare; Bellarm. Conc. 33. in Ferijs Rogationum.

Intra cordis penetralia quærendus Deus. Idem Conc. 43. in Domin. 17. post Pentec.

Precibus aditum ad cor aperire oportet. Idem ibidem.

De Corde pulchra vide apud Besse in Domin. 12. post Pentecost. & potissimùm in Dominic. 17.

Correptio.

O homo, inquit Augustinus, in præceptione cognosce quid debeas habere: in correptione cognosce tuo te vitio non habere: in oratione cognosce vnde accipias quod vis habere. De correp. & gratia, cap. 3.

Tuum

Tuum, ô homo, vitium est quòd malus es; & maius vitium, corripi nolle quia malus es. Idem ibidem cap. 5.

Quia video quòd vos non pudeat publicos esse peccatores, ideò nec me pudet asperè vos reprehendere. Corrigite vestros mores, & ego corrigam meas reprehensiones. Idem serm. 47. ad fratres in eremo.

Quomodo sancti viri intrepidè corripuerint magnates, vide Gregorium lib. 7. Moral. c. 22. & 23.

De Correptione fraterna eiusque vtilitate, vide Christianum Veridicum Ioannis Dauidis, c. 50.

De vanis excusationibus eorum qui fraternam correptionem prætermittunt, vide pulchrè Chrysost. Hom. 44 in 1. ad Corinth.

De Correptione & disciplina, vide Peraldum in Summa virtutum, Tract. De iustitia, Tom. 1.

Correptionis varietas secundùm conditiones hominum adhibenda est à Superiore. Prosper lib. 2. De vita contempl. c. 5. & 7.

Corripere peccantes, iustitiæ officium est. Idem lib. 3. De vita contempl. c. 23.

Corripiendi sunt etiam contumaces & nolentes propter vtilitatem aliorum. August. Serm. 79. in nouis.

Qui non corripit aliorum in Deum blasphemantium peccata, eorumdem etiam pœnas persoluet, etiamsi his non consentiat. Chrys. Hom. 2. ad pop. Antioch.

Correptioni orationem iungi vult Fulgent. ser. 4. De S. Stephano. Sic, inquit, vigilet in ore correptio, vt in corde non dormitet oratio.

In corripiendo vtendum mansuetudine, exem-

plo Prophetæ Nathan, qui Dauidem ſub parabola corripuit, docet Chryſ. Hom. 1. in Pſal. 50.

De Correptione fraterna ex Scriptura & Patribus, vide fusè Viridarium Buſæi, verbo Correctio. Lege etiam lib. Auguſt. De corrept. & gratia.

Creatio, Creatura.

Creauit Deus vniuerſa propter hominem, ad eiuſque vtilitatem. Chryſ. Hom. 8. ad pop. Ant. & Hom. 12.

Creaturarum magnitudo & pulchritudo, earumdemque ordo imperturbatus Deum demonſtrat. Chryſ. Hom. 10. ad pop. Antioch.

Creaſti nos Domine ad te, & inquietum eſt cor noſtrum, donec requieſcat in te. Aug. lib. 1. Confeſſ. cap. 1.

Deus nullum non dico Angelorum, ſed nec hominum vllum creaſſet quem malum futurum præſciret, niſi pariter ſciret, quibus eos bonorum vſibus commodaret. Auguſt. lib. 11. De ciuit. c. 18.

Quis, obſecro, cuiuſquam eſt viſibilis creaturæ vſus, ex quo non ſubinde ſalutis æternæ nobis oriatur fructus? quoties ordinis ac pulchritudinis intuitu, quaſi pulchrè deſcripti libri aſpectu, Creatoris reminiſcentes, eum & in vnitate multiformem, & in multiplicitate ſimplicem mira cum ſuauitate rimamur. Idem contra Fauſtum, lib. 19. cap. 14.

Deus creauit hominem naturæ quodammodò mediæ inter Angelos & beſtias, vt ſi Creatori ſuo tamquam vero Domino ſubditus, præceptum eius pia obedientia cuſtodiret, in conſortium tranſiret Angelicum, ſine morte media, beatam immortalitatem ſine vllo termino conſecuturus. Si autem Dominum

minum Deum suum libera voluntate superbè ac inobedienter vsus, offenderet, morti addictus bestialiter viueret libidinis seruus, æternoque post mortem supplicio destinatus. Idem lib.12. De ciuit. cap.22.& lib.9.cap.13.

Creaturas non esse malas,nec culpandas,sed eos qui creaturis abutuntur. Chrys.Hom.15.ad pop. Antioch.

Quomodo omnes Creaturæ seruiant Sanctis. A lapide in c.14.Exod.

Ex perpetuitate creaturarum intelligitur Creator æternus,ex magnitudine omnipotens,ex ordinè & dispositione sapiens, ex gubernatione bonus. Augustinus.

Creatio hominis aut aliorum non fuit Deo necessaria. August. Epist.106.& lib.13.Confess. c. 4.

Creatus est mundus ex nihilo. Idem ibidem lib.11.cap.6.

Cur Deus creauerit eos quos peccaturos & damnandos præsciuit. August. epistola 106. & epistola 107.

Omnia creata Deum laudant. Idem lib.7. Confess.cap.13.

Creaturæ clamant Creatorem. Idem lib.11. Confess. cap.4.

Creatura duplex. Idem lib. 12. Confess. c.12.

Omnis creatura ex natura mutabilis. Idem ibidem cap.15.& 16.

Credere.

Credere, opus est gratiæ Dei & liberi arbitrij. Prosper lib.2. De vocat. gent.cap.28.

Credendi voluntas à Deo. August.lib.De spiritu & littera,cap.32.

Ad credendum veritati prædicatæ non sufficit voluntas hominis. August. epistola 106.

Cur vnus credat prædicationi, & alter non credat, inscrutabilis est iudicij Dei. Idem De spiritu & littera, cap. 33.

Credenda quæ sint. Idem Enchirid. cap. 4.

Multa credenda, quæ in Scripturis non habentur. Idem De natura & gratia, cap. 39.

Vide plura infrà verbo Fides.

Crux, Crucis signum.

Factorem quærit Deus signorum suorum, non pictorem. Si portas in fronte signum humilitatis Christi, porta in corde imitationem humilitatis Christi. August. Serm. 30. in nouis.

De Cruce Christi lege libros Iacobi Gretseri.

De Cruce spirituali pulcherrimè idem tractat lib. 5. De Cruce, per totum. Possint inde formari multæ vtiles Conciones.

De victorijs quibusdam virtute signi Crucis partis, vide Crespet au Triumphe de Iesus, Iournee 34.

De Crucis mysterio vide Mussum Fer. 6. Dom. 5. in Quadrages. item D. Leonem Homil. super Festo Exaltat. S Crucis, quæ est Sermo 8. De Passione.

Memorabile exemplum de Cruce vide apud Felisium in Decalog.

De adoratione Crucis vide eumdem ibidem.

De Cruce Domini latam Disputationem vide apud Bellarminum in Controu. lib. 2. De imag.

De Cruce habet etiam pulchras Homilias Chrysost. Tom. 3. post Homilias in Acta.

Pulcherrima encomia Crucis habet idem Chrys. in Hom. De Cruce Dominica.

Vide

Vide etiam pulchrè Costerum super Domin.1. post Natiuit. §. 5. & super Domin. Paschæ, §. 8. & Stapleton. super Domin. in Albis, text. 3.

O admirabilis potentia Crucis (ait D. Leo) ô ineffabilis gloria passionis, in qua & tribunal Domini, & iudicium mundi, & potestas est Crucifixi. Serm. 8. De Passione Domini.

De Cruce & latrone. Chrys. Tom. 3.

De Crucis formatione. A lapide in cap. 3. ad Philip.

De Cruce, & quomodo in Cruce gloriandum, & quomodo mundus nobis crucifigi debeat & nos mundo, vide eumdem in cap. 6. ad Galat.

De arbore Crucis eiusque fructibus pulchram habet Conc. Bellarm. in Domin. Passionis.

Crucis gloria. Stapleton. in Dom. 1. post Pascha, text. 3. & in Dom. 24. post Pentec. text. 6.

De dimensionibus Crucis spiritualiter Bellarm. in Prooemio lib. De septem verbis Domini.

De Crucis encomijs etiam vide Cornelium A lapide in c. 15. Exod.

De Cruce Christi eumdem vide in cap. 21. Numer.

Cur mortem crucis elegerit Christus præ alijs generibus mortis, vide pulchrè & fusè apud Iacobum Bayum in Symb. ad Crucifixus, & Monita sacra Adrian. Mangotij, Part. 3. Mon. 66.

De cruce ferenda, vide, si placet, Strenam nostram 11. in genere.

Crucem accipimus in fronte, vt non erubescamus Christum crucifixum confiteri. Aug. Ser. 50. in nouis. Chrysost. Tom. 1. Homil. vlt. De adorat. Crucis.

Cruci Christi victoria omnis contra diabolum tribuenda, & salus. Prosper Part.1. Promiss. & prædic. cap.40. Cypr.lib.2.ad Quirin.c.21.& 22.

Crucis figura. Exod.17. Prosper ibidem.

Cruce frontem signauit Constantinus. Euseb. lib.3.De vita Constant. cap.1.

Crucis Christi virtus. Chrysost.Tom.1.Homil. vlt.De adorat.pretiosæ Crucis.

Cruces seu tribulationes esse signa diuini erga nos amoris. A lapide in cap.33. Genes.

Culpa.

Culpa grauior quàm venia præcessit. Vide Chrys.Hom.2.De lapsu primi hominis,Tom.1.

Felix culpa (inquit Ambr.)quæ tantis impendijs redimitur! felix ruina quæ in melius reparatur! felix humana conditio,quæ à lapsu, tanta Dei plenitudine gloriatur,tanta Dei familiaritate sibi gratulatur! Cùm enim staret recta, feris bestijs ac mutis animantibus eam præfecit qui eam creauit:è lapsu erectam suæ maiestatis consortijs honorauit, qui te quæsiuit. Est enim ei iam cum illo & coniugum vnitas,& fratrum societas. In Psal.39.ad versic. In capite libri. & in Psal.118.serm.20.vers.1.

Productior est pœna quàm culpa, inquit Augustinus, ne parua putaretur culpa, si cum ea finiretur & pœna.Tract.124.in Ioan. Vide plura infrà verbo Peccatum.

Cultus Dei.

Cultus Dei quibus constet. Aug. Enchirid. c.3. Vide etiam Hesselium in Decal.cap.93.

Cultus Deo debetur interior & exterior. Idem ibidem cap.92.93.& 94.

Cultus Dei communis esse debet,non singularis

pro

pro cuiusque phantasia. Idem ibidem cap.95. & Staplet.Dom. Palmarũ,text.5. Dom. Pasch:text.2.

Cultus Dei omnibus rebus præferendus. Idem Dom.14.post Pentec.text.1.

Cupiditas.

Lege infatigabili sparsit Deus pœnales cæcitates super illicitas cupiditates. Augustin. lib.1. Confess.cap.18.

De Cupiditate auri vide Cornelium A lapide in cap.22. Num.

Non immunditiam obsonij timeo, inquit August. sed immunditiam cupiditatis. Lib.10. Confess. cap.3.

Cupiditas radix omnis peccati, & similiter superbia. Prosper lib.3.De vita contempl.cap.4.

Cupiditas cupiditatem premit. August.lib.5.De ciuit. cap.12.

Cupiditas ipsa mali malum est. Idem lib.14. De ciuit.cap.10.

Quàm reprehensibilis sit cupiditas, lege apud Pintum in Ezech. cap.22.ad verba illa,Et auarè sectando,&c. & in c.7.ad illa verba, Et ornamentum monilium,&c. Vide plura suprà verbo Auaritia.

Cura.

Curæ vitæ præsentis abdicandæ. Staplet. Dom. Sexages.text.6.& Dom.14.post Pentec.text.4.

De Cura pastorali lege D.Gregorij lib.de eadem materia.

Curiosus,Curiositas.

Curiositas primus superbiæ gradus. Bern. De gradibus humilitatis.

Curiositas vitanda. Idem cap.43. De interiori domo.

Curiositas maleuola. Staplet. Domin. 16. post Pentec.text.2.Dom.2.post Pentec.text.3.

Graue est curiositas indicium, quæ dum cuiuslibet mentem ad inuestigandam vitam proximi exteriùs ducit, semper ei intima sua abscondit, vt aliena sciens, se nesciat. Et animus curiosi quantò magis peritus est operis alieni, tantò magis ignarus fit sui. Anselmus in c.4.Thessal.

Curiositas cognoscendi. August. lib.10. Confess. cap.35.

Currere, Cursus.

De spirituali cursu, & quomodo in huius vitæ stadio currendum sit, vide pulchrè apud Bellarm. Conc.16.in Domin. Septuagesimæ.

Currus.

Currus Pharaonis sunt currus vitiorum, & qui. A lapide in cap.14.Exodi.

Ibidem de tribus Curribus qui inueniuntur in Scriptura.

Cyprianus.

Falce martyrij amputatum peccatum Cypriani, docet Augustinus lib.1.contra Donat. c. 18. & c. 19. dicit, hoc eius peccatum fuisse quasi næuum in candore sanctæ animæ, quem vbera charitatis contegebant.

Cyprianus coram subditis suis martyrium subire elegit, vt patet ex Epistola 102.

D.

Damnati, Damnatio.

BONVS est Deus, iustus est Deus. Potest aliquos sine bonis meritis liberare, quia bonus est; non potest

poteſt quemquam ſine meritis damnare, quia iuſtus eſt. Auguſt.lib.3. contra Iulian.c.18.

In Damnatis grauior eſt pœna damni pœnâ ſenſus. Dionyſ. Carthuſ. articulo 45. De quatuor nouiſſ.

Damnatorum pœnæ æternæ. Auguſtin. Enchirid.cap.111.112.& 113.& lib.19. De ciuit.cap.28.

Damnabitur alius alio grauiùs. Ibidem c. 111.

Damnati excuſationem non habebunt. Idem De corrept.c.7.

Damnationis cauſa ſolum peccatum. Idem lib.1. De nupt. c.23.

Iuſtè damnabitur paruulus, qui baptizari potuit, ſicut & adultus qui ibi fuit vbi non potuit iuſtificari. Idem De natura & gratia, cap.8.& De corrept. cap.7.

Damnatorum corpora vtrùm cum ſuis deformitatibus reſurgent. Idem Enchirid. cap.92.

De damnatorum pœnis lege Bellarm. Conc. De cruciatibus gehennæ. & Beſſe in Conc. De quatuor nouiſſ.

Error eorum, qui putant damnatos omnes aliquando ſaluandos interceſſionibus Sanctorum, refertur apud Auguſt. lib.21. De ciuitat.cap.18.

Cur damnentur plures, quàm ſaluentur. Idem ibidem c. 12.

Damnatorum qualis futura pœna. Idem lib.21. De ciuit.cap.9.& 10.

Damnati non punientur æqualiter. Idem ibidem cap. 16.

Dæmones.

Dæmones quam ſcientiam de Deo habuerint. Auguſt.lib.9. De ciuit.cap.20.21.& 22.

Dæmonis nomen nonnisi in malum iam ſumitur. Idem ibidem c. 19.

Dæmonibus poteſtas data eſt ad glorificandos Sanctos. Idem lib. 10. De ciuit. c. 21.

De Dæmonum præſtigiis & ludificationibus. Idem lib. 21. De ciuit. c. 6.

Dæmones naturas creare nequeunt. Idem lib. 18. De ciuit. cap. 18.

Dæmonum natura bona eſt. Idem lib. 19. De ciuit. cap. 13.

A Dæmonum vexatione liberauit Deus cuiuſdam domum per Sacrificij oblationem. Idem lib. 22. De ciuit. cap. 8.

De remediis contra infeſtationes Dæmonum, vide Petrum Thyræum lib. De apparit. ſpirituum, cap. 16.

De dignoſcendis ſpiritibus dæmoniacis aut malignis ab aliis, vide eumdem ibidem.

De Dæmonum impoſturis ac fallaciis vide Ioannem Dauidis lib. De occaſione, ſchemate 10.

Dæmones ob varias cauſas homines corporaliter poſſidere permittuntur. Vigor in Domin. 12. poſt Trinit.

Per dæmonum fallaciam illuditur curioſitas humana, quando id impudenter appetunt ſcire quod nulla ratione eis competit inueſtigare. Auguſt. Refertur Can. 36. quæſt. 5.

Quã ſint dæmones imbecilles & meticuloſi cùm eis reſiſtitur, vide Binsfeldium De confeſſ. malefic.

Dæmones credunt ſed non diligunt. Auguſtin. epiſtola 105.

Dæmoniaci quoad animam, Stapleton. in Dominic. 3. Quadrageſ. text. 1.

De

De Dæmonibus vide etiam Bellarm. Conc. 3. in Pſalm. 90. verſu 13.

Vide quoque infrà verbo Diabolus.

Debitor.

Deus nobis eſt factus debitor, non prærogatiua noſtra, ſed bonitate ſua. Auguſtin. Serm. 74. in nouis.

Decalogus.

Decalogus etiam Chriſtianis obſeruandus. Auguſtin. lib. De ſpiritu & littera, cap. 14.

Decalogi præcepta idem comparat ex aduerſo plagis Aegyptiorum. Serm. in fragmento, qui habetur in nouis.

Decalogus continet omnia præcepta legis naturæ. Heſſel. in Decal. cap. 39.

Decalogi præceptorum diſtinctio. Idem in Decal. cap. 213.

De Decalogi præſtantia, dignitate & excellentia, vide, ſi placet, Documenta noſtra Catholica de Lege Dei, Documento 12.

Decalogi præcepta breuiter explicat Granatenſis in Conc. 3. & 4. De pœnitentia.

Explicant eadem fusè Heſſelius & Feliſius.

Decalogus per pſalterium decem chordarum ſignificatur. Auguſt. Serm. 26. in nouis.

Decima.

De Decimis vide Leonardum Leſſ. Tractatu De iure & iuſt. & Molanum per duas Orationes in lib. De Canonicis. item Vigor ſuper Domin. 6. poſt Trinit.

Decimas fraudantes quid mereantur. A lapide in cap. 30. Exod. & in cap. 18. Num. item in c. 14. Deuter.

Con-

Consule etiam Balduinum Iun. Conc. 1. in Dominic. 10. post Pentecost.

Decimæ cur Sacerdotibus soluantur. Prosper lib. 2. De vita contempl. c. 16.

Defuncti.

Defuncti orationibus viuorum iuuantur. August. lib. 21. De ciuit. c. 24. & quæst. 2. in lib. De octo quæst. Dulcitij. item Hesselius in Symb. cap. 126. & 127. vide rursum August. Enchirid. cap. 110.

Pro defunctis orauit Augustin. lib. 9. Confess. cap. 13.

Monica S. Augustini mater pro se defuncta orari cupit. Confess. lib. 9. cap. 11.

Quibus defunctis bona viuentium opera prosint. August. Enchir. cap. 110.

Deliciæ.

Exempla deliciosè viuentium vide in Quadragesimali Petri Besse super Euangel. de Diuite epulone, & super Euang. de Prodigo; Fer. 5. & Sabbato post Dominic. 3. Quadragesimæ.

Deliciæ carnis fugiendæ. Stella in Luc. Tomo 1.

Contra eos qui deliciis vacant. Chrysost. Homil. 54. ad pop. Ant.

Deliciæ Christi, animæ. Stella in Luc. Tom. 1.

Deprecationes.

Deprecationes solæ parum ad impetrandum valent, nisi factorum & operum accessione satientur. Cyprian. serm. 1. De eleëmosyna. vide infrà verbo Oratio.

Derisor, Derisio.

Derisor vel Illusor quis dicatur. Hesselius in Decalog. cap. 171.

Deri-

Derisionum species. Idem ibidem.

Desertum.

De laudibus Deserti vide pulchrè Besse in Domin.1. Quadragesimæ, super illud, Ductus est Iesus à spiritu in desertum. Item Didacum la Vega super illud Psalmi, Sicut passer solitarius, &c.

Deserti Hebræorum octo difficultates. A lapide in cap.10 Num.

Mansiones quadraginta duæ Israelitarum in deserto ordine recensentur Numeror. 33. & ibidem mysticè exponuntur à Cornelio A lapide.

De spirituali deserto, quod est Monasterium seu locus approbatæ Religionis, vide, si placet, lib. nostrarum Strenarum, Conc. 1. ad Religiosos.

Desperatio.

Desperationis consilium diabolicum. Chrysost. Homil. 2. in Psalm. 50. & Homil. 40. Operis imperf. in Matth. circa finem.

Desperantium seu rectam spem non habentium, varia genera hominum. Hessèlius in Decalog. cap 49.

Desperandum nemini de venia, dummodò pœnitere velit. Chrysost. Homilia 3. De pœnitentia, & August. lib. De corrept. & gratia, cap. 15. vide iterùm Chrysost. Homil. 40. ad pop. Antioch. & Homilia 76.

Contra desperationem habet sermonem Chrysostom. Tomo 5.

Lege etiam Balduinum Iun. in Dominic. 10. post Pentecost.

De quocumque pessimo in hac vita constituto, non est vtique desperandum; nec pro illo imprudenter oratur, de quo non desperatur. Augustin. lib.

lib.1.Retract.c.19. Vide plura in Arca medica Ioannis Busæi, verbo Desperatio.

Detractio.

Dicimus, inquit Bernard. leuis res est sermo; tenera, mollis, & exigua caro, lingua hominis; quis sapiens magni pendat? Leuis quidem res sermo, quia leuiter volat, sed grauiter vulnerat: leuiter transit, sed grauiter vrit: leuiter penetrat animum, sed non leuiter exit: leuiter profertur, sed non leuiter reuocatur. Facilè volat, atque ideò facilè violat charitatem. Bernard. De tripl. custodia, manus, linguæ, & cordis.

Vide multa de Detractione ex Patribus apud Petrum Canisium in Opere Catechistico, Tractat. De inuidia.

Vide etiam Granatensem Conc. 2. super Dominic. 3. post Pentecost. ferè per totam. & Conc. 3. super Dominic. 3. Quadragesimæ. Stapleton. in Dominic. 3. post Pentecost. text. 2. & Monita sacra Adriani Mangotij Part. 3. Monit. 41.

Detractionis vitium perstringit Chrysost. Homilia 3. ad pop. Ant. Vide de hoc vitio etiam A lapide in c. 5. Deuter. & in cap. 12. Numer. & Balduinum Iun. Conc. 3. in Dominicam 21. post Pentecost.

De Detractione accuratè tractat Leonard. Less. De iure & iust.

De Detractione vide etiam Hesselium in Decal. cap. 167.

Detractiones non audiendæ, Cyprian. lib. 3. ad Quirin. cap. 107.

Detractionem dissuadet Bernardus De interiori domo, cap. 43.

Detra-

Detractor famam restituere tenetur. Hessel. in Decal. cap. 168.

Detractorem audiens, detractori in peccato sociatur, & restitutioni nonnumquam obnoxius est. Idem ibidem cap. 169.

Contra Detractationem vide etiam Hieronym. lib. 2. epistola 15. ad Rust. Gall.

Vide plura in Arca medica Busæi, verbo Detractio.

Deus.

Deus cur debeat esse vnus. A lapide in cap. 6. Deuter.

Deus est nobis omnia. Idem in cap. 17. Genes.

Deus est qui est. Idem in cap. 3. Exod.

Deus impossibilia non præcipit, sed iubendo admonet & facere quod possis, & petere quod non possis, & adiuuat vt possis. August. De natura & gratia, cap. 43.

Semper largitor, semper donator Deus. Non mihi sufficit si semel donauit, sed si semper donet. Peto vt accipiam, & cùm accepero, rursus peto. Auarus sum ad accipiendum beneficia Dei. Nec ille deficit in dando, nec ego satior in accipiendo. Quantò plus bibero, tantò plus sitio. Hieronym. in epistola ad Ctesiphontem.

Deus hominem sibi obedientem numquam à iustitia deturbat, nec benè currentem cadere facit; alioquin pro bonis mala retribueret. Prosper cap. 12. ad cap. Gallorum.

Quia bonus est Deus, sumus, & in quantum sumus, boni sumus. August. lib. 1. De doct. Christ. cap. 31. & 32.

Quòd Deus factus sit homo, non est defectio pote-

potestatis, sed inclinatio miserationis. Leo. De Natiuit.

Deus non mole sed virtute magnus est. Augustin. epistola ad Volus.

Deus quantum pietate patris est diligendus, tantum potestate Iudicis est metuendus. Cyprian. De laps.

Causa diligendi Deum, Deus est, qui non sine præmio diligitur, quamuis sine intuitu præmij diligendus sit. Bernar. De dilig. Deo.

Quod homo quiuis Deo anteponit, sibi Deum facit. Cyprian. De dupl. mart. in med.

Idem Deus vbique totus, nullis inclusus locis, nullis vinculis alligatus, in nullas partes sectilis, ex nulla parte mutabilis, implens cælum & terram præsente potentia, non absente natura. Augustin. lib. 7. De ciuit. cap. 30.

Fatendum est quòd Deus aliter adiuuet nondum inhabitans, aliter inhabitans. Nam nondum inhabitans adiuuat vt sint fideles, inhabitans adiuuat iam fideles. August. epistola 105.

Deus, qui nec loco clauditur nec tempore præuenitur, omnium rerum, tam præteritarum memoria quàm futurarum scientia plenus est. Nec reminiscens voluitur in præteritum, nec sperans tenditur in futurum: & quæcumque omnino sunt quæ temporum motibus agitantur, ab eo principio quod erat Verbum, nec sperantur futura, nec præterita transeunt, sed in præsentia diuinitatis, præsenti semper luce cernuntur. Augustin. lib. 5. De gratia & prædest.

Deus, vt inueniendus quæratur, occultus est; vt inuentus quæratur, immensus est: propter quod Psal-

Psalmista monet, Quærite faciem eius semper. Idem Tract. 63. in Ioannem.

Quidquid mihi præter Deum est, dulce non est, Quidquid mihi vult dare Dominus Deus meus, auferat totum,& se mihi det. Idem in Psalm. 26. enarrat. 2.

De Deo cùm dicitur, non potest dici; cùm æstimatur, non potest æstimari; cùm definitur, ipse sua definitione crescit. Ambros. c.6. De fide contra Arianos.

Deus ita est artifex magnus in magnis, vt minor non sit in paruis. Aug.lib.11. De ciuit.c.22.

Deum videre vis? audi ipsum: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Priùs ergo cogita de emundando corde: quidquid ibi vides quod displicet Deo, tolle. Augustin. in serm. De Ascensione.

Deus quomodo omnium sit,& quomodo singuli possint dicere, Deus meus, pulchrè idem Augustin. Serm. 82. in nouis.

Deum habemus amando, non item alia. Idem in nouis Sermonibus.

Si nolumus frustrà quærere Dominum Deum, quæramus veraciter, quæramus frequenter, quæramus perseueranter: & nec quæramus pro illo aliud, nec cum illo aliud; sed nec ab illo conuertamur ad aliud. Facilius est enim cælum & terram transire, quàm vt sic quærens non inueniat, sic petens non accipiat, sic pulsanti non aperiatur. Bernard.serm.2. ad fratres.

Solus Deus est immutabilis; quæ autem fecit, quia ex nihilo fecit, mutabilia sunt. Augustin. De natura boni.

Dei tres pulchras proprietates ac titulos Deo competentes (videlicet, promitto, expecto, remitto) vide apud Besse sermon. De Circumcis.

Deus cur Pater hominum dicatur. Hesselius in Orat. Dominicam, c. 16.

Deus in creaturis suis agnoscendus proponitur. Idem in Decal. c. 14. & 15. & Chrysost. Homil. 10. ad pop. Ant. & sequenti.

Deus id est quo nihil melius est. Augustin. Tractat. 20. in Ioannem. Cyprian. epistola 104. De dupl. martyrio.

Ad Dei amorem vis quædam naturæ nos impellit. Hesselius in Decal. cap. 29.

Deus quomodo aliquando hominibus apparuisse in hac vita intelligatur. August. Serm. 21. & 57. in nouis.

Deus quomodo glorificetur, aut sanctificetur, aut etiam inhonoretur. Cypr. ep. 104. De dupl. martyr.

Deus aliquorum esse dicitur. Hessel. in Decal. cap. 45.

Deo omnia sunt præsentia, nihil autem præteritum aut futurum. August. lib. 83. QQ. quæst. 17.

Deus non tantùm lingua, sed etiam vita & operibus negatur. Cyprian. epistola 104. De dupl. martyrio.

In Deo potentia & substantia non differunt, nec aliud est in eo fortitudo, aliud prudentia, aliud iustitia, &c. Aug. Tract. 20. in Ioannem, & Serm. 49. in nouis.

Deus in hac vita in propria specie videri non potest, sed in assumpta creatura Sanctis visus est. Prosper lib. 1. De vita contempl. c. 7. & 10.

Deus cur ex duobus peccatoribus vnum saluet, alte-

alterum damnet; ad arcana diuini iudicij pertinet, nec ab hominibus perſcrutandum. Proſper lib. 1. De vita gentium, c. 17.

Deus nouit abſcondita cordis, nec ei quidquam occultum ex his quæ geruntur. Cyprian. lib. 3. ad Quirin. cap. 56.

Deus multa per homines largitur, quæ per ſe dare poterat. Cyprian. epiſtola 104. in princ.

Deus quomodo pœnitere aut ſtatuta mutare dicatur. Auguſt. lib. 14. De ciuit. cap. 11. & lib. 1. Contra aduerſarios Legis & Proph. cap. 20.

Dei miſericordia & bonitas nullis ſæculis hominibus defuit. Proſper lib. 2. De vocat. gentium, cap. 10. 13. 14.

Deus cur humanam naturam ſuſceperit, & in ſexu virili. Auguſtin. De vera Relig. cap. 16.

Deus etiam per malos ſua conſilia perficit. Auguſt. quæſt. 49. in Iudic. ante med.

Deus aſſumendo carnem non eſt mutatus in carnem. Idem lib. 1. De conſenſu Euang. c. 4.

Deus poteſt etiam id quod impoſſibile eſt. Idem Serm. 71. in nouis.

Deus propter ſemetipſum amandus. Idem Serm. 80. in nouis.

Deus etiam cùm pœnas infligit & punit, bonus eſt. Chryſoſt. Hom. 7. ad pop. Ant.

Deus vt inueniatur, quærendus eſt debito tempore, modo, & loco. Bernardus ſerm. 75. ſuper Cantica.

Dei omnipotentia, in rerum creatione, conſeruatione & gubernatione ſeſe manifeſtat. Heſſel. in Symb. c. 5.

De perfectionibus Dei exſtat pulcherrimus, piiſ-

 ſimus

ſimus & doctiſſimus liber Leonardi Leſſij, impreſſionis & Officinæ Plantinianæ.

Deus vbique totus. Auguſt.lib.1.Confeſſ.c.3.

Deus vbique præſens. Idem lib.5. Confeſſ.c.2.

Deus quomodo gaudere dicatur. Idem lib. 8. Confeſſ.c.3.

Deus vbi inueniatur. Idem lib. 10. Confeſſ. cap.26.

Deus à quibus inueniatur. Idem lib.5.Confeſſ. cap.3.

Deus quidquid vult facit. Idem Enchirid. cap.95.97.& 103.

Deus multa poteſt quæ non vult. Idem Enchirid. cap.95.

Deus quomodo iraſci dicatur. Idem Enchirid. cap.33.

Deus neminem cogit ad malum. Idem lib. 1. ad Bonifac. c.18.

Deo vel agente vel permittente fiunt quæcumq; fiunt. Idem lib. De dono perſeuer. cap.6.

Deus mala permittendo iuſtiſſimè agit. Idem Enchir. cap.96. & De gratia & lib. arbit. cap. 20.

Deus vtitur malis ad vtilitatem bonorum. Idem De gratia & lib.arb.cap.20.

Deus quomodo obdurare dicatur. Idem epiſtola 105.

Deus non deſerit, niſi deſertus. Idem De natura & gratia,cap.26.

Deus percutit vt ſanet. Idem lib. 2. Confeſſ. c. 3.

Deo hominem deſerente,vadit in malum. Idem lib. 1. ad Bonifac. cap.18.

Deus quomodo cor noſtrum præparet. Idem libro 2. ad Bonifac. cap. 8.

Deus

Deus facit nos facere. Idem ibidem lib. 4. cap.6.

Deus non tantùm percipit, ſed etiam gratiam largitur qua præceptum impleatur. Idem lib. 10. Confeſſ.cap.4.

In Deo fidendum, non in propriis viribus. Idem Serm. 24. in nouis.

Vide infrà verbo Quærendus Deus.

Deuotio.

De Deuotione multa & pulchra vide in Viridario Buſæi, verbo Deuotio.

Diabolus.

Conceſſum eſt diabolo & interdum veritatem dicere, vt mendacium ſuum rara veritate commendet. Chryſoſt. Homil. 19. in Matthæum.

Diabolus non plus nocumenti inferre poteſt, quàm ei à Deo permittatur. Cyprian. De Orat. Dominica, ad illud, Libera nos à malo. & lib. 3. ad Quirin. c. 80.

Diabolus internas cogitationes noſtras noſſe non poteſt. Auguſt. Serm. 45. in nouis.

Diabolus vt hominem ad peccandum inducat, quod graue eſt, facit leue. Idem Serm. 78. in nouis.

Diabolus per perdicem ſignificatus eſt, quòd ſine iudicio congregat quæ non peperit. Idem ibid. Serm. 79. c. 12.

Diabolus in cor intrare dicitur quando immittit iniquas cogitationes, & perſuaſiones rerum iniquarum. Idem lib. 3. De conſenſu Euangel. cap. 1.

Illud eſt maius, & ad intelligendum profundius, inquit Auguſt. videre diabolum victum, quando

Dæmonis nomen nonnisi in malum iam sumitur. Idem ibidem c. 19.

Dæmonibus potestas data est ad glorificandos Sanctos. Idem lib. 10. De ciuit. c. 21.

De Dæmonum præstigiis & ludificationibus. Idem lib. 21. De ciuit. c. 6.

Dæmones naturas creare nequeunt. Idem lib. 18. De ciuit. cap. 18.

Dæmonum natura bona est. Idem lib. 19. De ciuit. cap. 13.

A Dæmonum vexatione liberauit Deus cuiusdam domum per Sacrificij oblationem. Idem lib. 22. De ciuit. cap. 8.

De remediis contra infestationes Dæmonum, vide Petrum Thyræum lib. De apparit. spirituum, cap. 16.

De dignoscendis spiritibus dæmoniacis aut malignis ab aliis, vide eumdem ibidem.

De Dæmonum imposturis ac fallaciis vide Ioannem Dauidis lib. De occasione, schemate 10.

Dæmones ob varias causas homines corporaliter possidere permittuntur. Vigor in Domin. 12. post Trinit.

Per dæmonum fallaciam illuditur curiositas humana, quando id impudenter appetunt scire quod nulla ratione eis competit inuestigare. August. Refertur Can. 36. quæst. 5.

Quã sint dæmones imbecilles & meticulosi cùm eis resistitur, vide Binsfeldium De confess. malefic.

Dæmones credunt sed non diligunt. Augustin. epistola 105.

Dæmoniaci quoad animam. Stapleton. in Dominic. 3. Quadragef. text. 1.

De

De Dæmonibus vide etiam Bellarm. Conc.3. in Pſalm.90.verſu 13.

Vide quoque infrà verbo Diabolus.

Debitor.

Deus nobis eſt factus debitor, non prærogatiua noſtra, ſed bonitate ſua. Auguſtin. Serm.74. in nouis.

Decalogus.

Decalogus etiam Chriſtianis obſeruandus. Auguſtin. lib. De ſpiritu & littera, cap. 14.

Decalogi præcepta idem comparat ex aduerſo plagis Aegyptiorum. Serm. in fragmento, qui habetur in nouis.

Decalogus continet omnia præcepta legis naturæ. Heſſel. in Decal. cap. 39.

Decalogi præceptorum diſtinctio. Idem in Decal. cap.213.

De Decalogi præſtantia, dignitate & excellentia, vide, ſi placet, Documenta noſtra Catholica de Lege Dei, Documento 12.

Decalogi præcepta breuiter explicat Granatenſis in Conc.3. & 4. De pœnitentia.

Explicant eadem fusè Heſſelius & Feliſius.

Decalogus per pſalterium decem chordarum ſignificatur. Auguſt. Serm. 26. in nouis.

Decima.

De Decimis vide Leonardum Leſſ. Tractatu De iure & iuſt. & Molanum per duas Orationes in lib. De Canonicis. item Vigor ſuper Domin.6. poſt Trinit.

Decimas fraudantes quid mereantur. A lapide in cap.30. Exod. & in cap.18. Num. item in c. 14. Deuter.

Con-

Conſule etiam Balduinum Iun. Conc. 1. in Dominic. 10. poſt Pentecoſt.

Decimæ cur Sacerdotibus ſoluantur. Proſper lib. 2. De vita contempl. c. 16.

Defuncti.

Defuncti orationibus viuorum iuuantur. Auguſt. lib. 21. De ciuit. c. 24. & quæſt. 2. in lib. De octo quæſt. Dulcitij. item Heſſelius in Symb. cap. 126. & 127. vide rurſum Auguſt. Enchirid. cap. 110.

Pro defunctis orauit Auguſtin. lib. 9. Confeſſ. cap. 13.

Monica S. Auguſtini mater pro ſe defuncta orari cupit. Confeſſ. lib. 9. cap. 11.

Quibus defunctis bona viuentium opera proſint. Auguſt. Enchir. cap. 110.

Deliciæ.

Exempla delicioſè viuentium vide in Quadrageſimali Petri Beſſe ſuper Euangel. de Diuite epulone, & ſuper Euang. de Prodigo; Fer. 5. & Sabbato poſt Dominic. 3. Quadrageſimæ.

Deliciæ carnis fugiendæ. Stella in Luc. Tomo 1.

Contra eos qui deliciis vacant. Chryſoſt. Homil. 54. ad pop. Ant.

Deliciæ Chriſti, animæ. Stella in Luc. Tom. 1.

Deprecationes.

Deprecationes ſolæ parum ad impetrandum valent, niſi factorum & operum acceſſione ſatientur. Cyprian. ſerm. 1. De eleëmoſyna. vide infrà verbo Oratio.

Deriſor, Deriſio.

Deriſor vel Illuſor quis dicatur. Heſſelius in Decalog. cap. 171.

Deri-

Derisionum species. Idem ibidem.

Desertum.

De laudibus Deserti vide pulchrè Besse in Domin. 1. Quadragesimæ, super illud, Ductus est Iesus à spiritu in desertum. Item Didacum la Vega super illud Psalmi, Sicut passer solitarius, &c.

Deserti Hebræorum octo difficultates. A lapide in cap. 10. Num.

Mansiones quadraginta duæ Israelitarum in deserto ordine recensentur Numeror. 33. & ibidem mysticè exponuntur à Cornelio A lapide.

De spirituali deserto, quod est Monasterium seu locus approbatæ Religionis, vide, si placet, lib. nostrarum Strenarum, Conc. 1. ad Religiosos.

Desperatio.

Desperationis consilium diabolicum. Chrysost. Homil. 2. in Psalm. 50. & Homil. 40. Operis imperf. in Matth. circa finem.

Desperantium seu rectam spem non habentium, varia genera hominum. Hesselius in Decalog. cap. 49.

Desperandum nemini de venia, dummodò pœnitere velit. Chrysost. Homilia 3. De pœnitentia, & August. lib. De corrept. & gratia, cap. 15. vide iterùm Chrysost. Homil. 40. ad pop. Antioch. & Homilia 76.

Contra desperationem habet sermonem Chrysostom. Tomo 5.

Lege etiam Balduinum Iun. in Dominic. 10. post Pentecost.

De quocumque pessimo in hac vita constituto, non est vtique desperandum; nec pro illo imprudenter oratur, de quo non desperatur. Augustin. lib.

lib.1.Retract.c.19. Vide plura in Arca medica Ioannis Busæi, verbo Desperatio.

Detractio.

Dicimus, inquit Bernard. leuis res est sermo; tenera, mollis, & exigua caro, lingua hominis; quis sapiens magni pendat? Leuis quidem res sermo, quia leuiter volat, sed grauiter vulnerat: leuiter transit, sed grauiter vrit: leuiter penetrat animum, sed non leuiter exit: leuiter profertur, sed non leuiter reuocatur. Facilè volat, atque ideò facilè violat charitatem. Bernard. De tripl. custodia, manus, linguæ, & cordis.

Vide multa de Detractione ex Patribus apud Petrum Canisium in Opere Catechistico, Tractat. De inuidia.

Vide etiam Granatensem Conc. 2. super Dominic. 3. post Pentecost. ferè per totam. & Conc. 3. super Dominic. 3. Quadragesimæ. Stapleton. in Dominic. 3. post Pentecost. text. 2. & Monita sacra Adriani Mangotij Part. 3. Monit. 41.

Detractionis vitium perstringit Chrysost. Homilia 3. ad pop. Ant. Vide de hoc vitio etiam A lapide in c. 5. Deuter. & in cap. 12. Numer. & Balduinum Iun. Conc. 3. in Dominicam 21. post Pentecost.

De Detractione accuratè tractat Leonard. Less. De iure & iust.

De Detractione vide etiam Hesselium in Decal. cap. 167.

Detractiones non audiendæ, Cyprian. lib. 3. ad Quirin. cap. 107.

Detractionem dissuadet Bernardus De interiori domo, cap. 43.

Detra-

Detractor famam restituere tenetur. Hessel. in Decal. cap. 168.

Detractorem audiens, detractori in peccato sociatur, & restitutioni nonnumquam obnoxius est. Idem ibidem cap. 169.

Contra Detractationem vide etiam Hieronym. lib. 2. epistola 15. ad Rust. Gall.

Vide plura in Arca medica Busæi, verbo Detractio.

Deus.

Deus cur debeat esse vnus. A lapide in cap. 6. Deuter.

Deus est nobis omnia. Idem in cap. 17. Genes.

Deus est qui est. Idem in cap. 3. Exod.

Deus impossibilia non præcipit, sed iubendo admonet & facere quod possis, & petere quod non possis, & adiuuat vt possis. August. De natura & gratia, cap. 43.

Semper largitor, semper donator Deus. Non mihi sufficit si semel donauit, sed si semper donet. Peto vt accipiam, & cùm accepero, rursus peto. Auarus sum ad accipiendum beneficia Dei. Nec ille deficit in dando, nec ego satior in accipiendo. Quantò plus bibero, tântò plus sitio. Hieronym. in epistola ad Ctesiphontem.

Deus hominem sibi obedientem numquam à iustitia deturbat, nec benè currentem cadere facit; alioquin pro bonis mala retribueret. Prosper cap. 12. ad cap. Gallorum.

Quia bonus est Deus, sumus, & in quantum sumus, boni sumus. August. lib. 1. De doct. Christ. cap. 31. & 32.

Quòd Deus factus sit homo, non est defectio pote-

poteſtatis, ſed inclinatio miſerationis. Leo. De Natiuit.

Deus non mole ſed virtute magnus eſt. Auguſtin. epiſtola ad Voluſ.

Deus quantum pietate patris eſt diligendus, tantum poteſtate Iudicis eſt metuendus. Cyprian. De lapſ.

Cauſa diligendi Deum, Deus eſt, qui non ſine præmio diligitur, quamuis ſine intuitu præmij diligendus ſit. Bernar. De dilig. Deo.

Quod homo quiuis Deo anteponit, ſibi Deum facit. Cyprian. De dupl. mart. in med.

Idem Deus vbique totus, nullis incluſus locis, nullis vinculis alligatus, in nullas partes ſectilis, ex nulla parte mutabilis, implens cælum & terram præſente potentia, non abſente natura. Auguſtin. lib. 7. De ciuit. cap. 30.

Fatendum eſt quòd Deus aliter adiuuet nondum inhabitans, aliter inhabitans. Nam nondum inhabitans adiuuat vt ſint fideles, inhabitans adiuuat iam fideles. Auguſt. epiſtola 105.

Deus, qui nec loco clauditur nec tempore præuenitur, omnium rerum, tam præteritarum memoria quàm futurarum ſcientia plenus eſt. Nec reminiſcens voluitur in præteritum, nec ſperàns tenditur in futurum: & quæcumque omnino ſunt quæ temporum motibus agitantur, ab eo principio quod erat Verbum, nec ſperantur futura, nec præterita tranſeunt, ſed in præſentia diuinitatis, præſenti ſemper luce cernuntur. Auguſtin. lib. 5. De gratia & prædeſt.

Deus, vt inueniendus quæratur, occultus eſt; vt inuentus quæratur, immenſus eſt: propter quod Pſal-

Pſalmiſta monet, Quærite faciem eius ſemper. Idem Tract. 63. in Ioannem.

Quidquid mihi præter Deum eſt, dulce non eſt, Quidquid mihi vult dare Dominus Deus meus, auferat totum,& ſe mihi det. Idem in Pſalm. 26. enarrat. 2.

De Deo cùm dicitur, non poteſt dici; cùm æſtimatur, non poteſt æſtimari; cùm definitur, ipſe ſua definitione creſcit. Ambroſ. c.6. De fide contra Arianos.

Deus ita eſt artifex magnus in magnis, vt minor non ſit in paruis. Aug.lib.11. De ciuit.c.22.

Deum videre vis? audi ipſum: Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Priùs ergo cogita de emundando corde: quidquid ibi vides quod diſplicet Deo, tolle. Auguſtin. in ſerm. De Aſcenſione.

Deus quomodo omnium ſit,& quomodo ſinguli poſſint dicere, Deus meus, pulchrè idem Auguſtin. Serm. 82. in nouis.

Deum habemus amando, non item alia. Idem in nouis Sermonibus.

Si nolumus fruſtrà quærere Dominum Deum, quæramus veraciter, quæramus frequenter, quæramus perſeueranter: & nec quæramus pro illo aliud, nec cum illo aliud; ſed nec ab illo conuertamur ad aliud. Facilius eſt enim cælum & terram tranſire, quàm vt ſic quærens non inueniat, ſic petens non accipiat, ſic pulſanti non aperiatur. Bernard. ſerm. 2. ad fratres.

Solus Deus eſt immutabilis; quæ autem fecit, quia ex nihilo fecit, mutabilia ſunt. Auguſtin. De natura boni.

Dei tres pulchras proprietates ac titulos Deo competentes (videlicet, promitto, expecto, remitto) vide apud Besse sermon. De Circumcis.

Deus cur Pater hominum dicatur. Hesselius in Orat. Dominicam, c. 16.

Deus in creaturis suis agnoscendus proponitur. Idem in Decal. c. 14. & 15. & Chrysost. Homil. 10. ad pop. Ant. & sequenti.

Deus id est quo nihil melius est. Augustin. Tractar. 20. in Ioannem. Cyprian. epistola 104. De dupl. martyrio.

Ad Dei amorem vis quædam naturæ nos impellit. Hesselius in Decal. cap. 29.

Deus quomodo aliquando hominibus apparuisse in hac vita intelligatur. August. Serm. 21. & 57. in nouis.

Deus quomodo glorificetur, aut sanctificetur, aut etiam inhonoretur. Cypr. ep. 104. De dupl. martyr.

Deus aliquorum esse dicitur. Hessel. in Decal. cap. 45.

Deo omnia sunt præsentia, nihil autem præteritum aut futurum. August. lib. 83. QQ. quæst. 17.

Deus non tantùm lingua, sed etiam vita & operibus negatur. Cyprian. epistola 104. De dupl. martyrio.

In Deo potentia & substantia non differunt, nec aliud est in eo fortitudo, aliud prudentia, aliud iustitia, &c. Aug. Tract. 20. in Ioannem, & Serm. 49. in nouis.

Deus in hac vita in propria specie videri non potest, sed in assumpta creatura Sanctis visus est. Prosper lib. 1. De vita contempl. c. 7. & 10.

Deus cur ex duobus peccatoribus vnum saluet, alte-

alterum damnet; ad arcana diuini iudicij pertinet, nec ab hominibus perſcrutandum. Proſper lib. 1. De vita gentium, c. 17.

Deus nouit abſcondita cordis, nec ei quidquam occultum ex his quæ geruntur. Cyprian.lib. 3. ad Quirin.cap.56.

Deus multa per homines largitur, quæ per ſe dare poterat. Cyprian. epiſtola 104. in princ.

Deus quomodo pœnitere aut ſtatuta mutare dicatur. Auguſt.lib. 14. De ciuit. cap. 11. & lib. 1. Contra aduerſarios Legis & Proph. cap.20.

Dei miſericordia & bonitas nullis ſæculis hominibus defuit. Proſper lib. 2. De vocat. gentium, cap.10.13.14.

Deus cur humanam naturam ſuſceperit, & in ſexu virili. Auguſtin. De vera Relig. cap. 16.

Deus etiam per malos ſua conſilia perficit. Auguſt. quæſt. 49. in Iudic. ante med.

Deus aſſumendo carnem non eſt mutatus in carnem. Idem lib.1. De conſenſu Euang. c.4.

Deus poteſt etiam id quod impoſſibile eſt. Idem Serm.71. in nouis.

Deus propter ſemetipſum amandus. Idem Serm.80.in nouis.

Deus etiam cùm pœnas infligit & punit, bonus eſt. Chryſoſt. Hom.7. ad pop. Ant.

Deus vt inueniatur, quærendus eſt debito tempore, modo, & loco. Bernardus ſerm. 75. ſuper Cantica.

Dei omnipotentia, in rerum creatione, conſeruatione & gubernatione ſeſe manifeſtat. Heſſel.in Symb. c.5.

De perfectionibus Dei exſtat pulcherrimus, piiſ-

 ſimus

Deus facit nos facere. Idem ibidem lib. 4. cap.6.

Deus non tantùm percipit, ſed etiam gratiam largitur qua præceptum impleatur. Idem lib. 10. Confeſſ.cap.4.

In Deo fidendum, non in propriis viribus. Idem Serm. 24. in nouis.

Vide infrà verbo Quærendus Deus.

Deuotio.

De Deuotione multa & pulchra vide in Viridario Buſæi, verbo Deuotio.

Diabolus.

Conceſſum eſt diabolo & interdum veritatem dicere, vt mendacium ſuum rara veritate commendet. Chryſoſt. Homil. 19. in Matthæum.

Diabolus non plus nocumenti inferre poteſt, quàm ei à Deo permittatur. Cyprian. De Orat. Dominica, ad illud, Libera nos à malo. & lib.3. ad Quirin. c. 80.

Diabolus internas cogitationes noſtras noſſe non poteſt. Auguſt. Serm. 45. in nouis.

Diabolus vt hominem ad peccandum inducat, quod graue eſt, facit leue. Idem Serm. 78. in nouis.

Diabolus per perdicem ſignificatus eſt, quòd ſine iudicio congregat quæ non peperit. Idem ibid. Serm.79. c. 12.

Diabolus in cor intrare dicitur quando immittit iniquas cogitationes, & perſuaſiones rerum iniquarum. Idem lib. 3. De conſenſu Euangel. cap. 1.

Illud eſt maius, & ad intelligendum profundius, inquit Auguſt. videre diabolum victum, quando

uenit, vtrobique nocet. Augustin. lib. 10. De ciuit. cap. 10.

Diabolus princeps huius sæculi. Augustinus Serm. 20. in nouis.

Diabolus à Deo bonus creatus est, & voluntate suæ factus malus. Idem lib. 11. De ciuitat. cap. 16. & Prosp. De dimidio temp. cap. 1.

Diaboli non interest quibus quis erroribus impliceetur, dummodò implicetur. Augustin. lib. 18. De ciuit. cap. 41.

De diaboli alligatione & solutione, Idem lib. 20. De ciuit. cap. 8.

Diabolum aliquando post longas pœnas soluendun putauit Origenes. Idem lib. 21. De ciuit. cap 17. Refellit cap. 23.

Diaconus.

Sic Chrysostomus loquitur ad Diaconum: Si Dux quispiam, si Consul, si etiam is qui diademate ornatur, indignè adeat, cohibe & coërce; maiorem tu illo habes potestatem. Homil. 83. in Matth.

Dies.

Diebus Veneris & Sabbati olim ieiunari solitum, & iam adhuc abstinentiam à carnibus obseruamus. Hessel. in Decal. cap. 108.

Diei Dominicæ institutio & obseruatio. Idem ibid. cap. 100.

De die Iudicij vide infrà verbo Iudicium.

Dies festus, vide infrà verbo Festus dies.

Diffidentia sui.

Vide multa in Viridario, verbo Diffidentia. & A lapide in cap. 8. Deuter.

De malo Diffidentiæ vide Granatens. Conc. 2. super Dominic. 14. post Pentecost.

Dilectio Dei & proximi.

Quomodo Deus diligendus ex toto corde, pulchrè vide apud Cornelium A lapide in cap. 6. Deuteron.

Diligendus Deus super omnia. Chrysost. Homilia 25. ex variis super Matth. locis.

Omnia diligit Deus quæ fecit, & inter ea magis diligit creaturas rationales, & illis eas amplius quæ sunt membra Vnigeniti sui, & multò magis ipsum Vnigenitum suum. Augustin. Tractat. 110. in Ioannem.

De diligendo Deo Tractatum habet Bernard. vide etiam Chrysost. Homil 48. ad pop. Ant.

Dilectio vera quæ sit. Augustinus Serm. 87. in nouis.

Diligendi sunt omnes homines, etiam inimici. Idem Tract. 10. in Canonic. Ioannis, ante finem, & Hessel. in Decal. cap. 113.

Diligere corpus quomodo possimus. Prosper lib. 3. De vita contempl. cap. 15.

Dilectionis officia quædam sunt generalia omnibus exhibenda. Hessel. in Decalog. cap. 117.

De ordine Dilectionis. Prosper suprà. & Hesselius in Decalog. cap. 114.

Dilectionis fraternæ & pacis commendatio. Cyprian. lib. 3. ad Quirin. cap. 3.

Dilectio proximi in quo consistat. Augustin. lib. 10. De ciuit. cap. 4. & Hessel in Decal. cap. 112.

Sola dilectio discernit inter filios Dei & filios diaboli. Augustin. Tractat. 5. in Epistolam Ioannis. & infrà, Hæc est, inquit, pretiosa margarita, sine qua nihil tibi prodest quodcumque habueris; quam si solam habes, sufficit tibi.

Dile-

Dilectionis officia quædam particularia sunt, quæ in necessitate constituto tenetur quis impendere. Idem ibidem c.118.

Dilectio nobis commendatur in ipsa vnione corporis & animæ. Bernar.serm.2.De natiuit.

Ad dilectionem inimici pulchra exhortatio. August.Serm.11.in nouis.

De inimicorum Dilectione vide Osorium Part.3. Conc.super Domin.21.post Pentec. & super Fer.6. post Cineres,in vtroque Tomo.& Staplet.Dom.21. post Pentec.text.8. Vide etiam pulchrè Stellam super cap.6.Lucæ,ad illa verba, Diligite inimicos vestros.

De Dilectione proximi, Staplet. Dominic.12. post Pentec.text.4.& Domin.17.post Pentec.tex.3. & Domin.1. post Pentec.tex.1.

De Dilectionis præcepto. Augustin. lib.1. De doct.Christ.c.26.

De ordine Dilectionis. Idem ibidem c.27.

Quænam diligenda sint. Idem ibidem c.25.

Diligere seipsum quatenus debeat homo. Idem ibidem.

Diligendi inimici. Idem ibidem c.30.

Diligere inimicos quomodo sit perfectorum. Idem Enchirid.cap.73.

Dilectionis opera quibus potissimùm exhibenda. Idem lib.1.De doct.Christ c.28.

Dilectionis perfectio cur præcipiatur in hac vita. Idem De perfectione iust.Ratioc.17.

Dilectionis imperfectio in hac vita non semper est peccatum. Idem lib.De spiritu & littera, c.35.

De Dilectione vide plura suprà verbo Charitas.

Fratres chariſſimi, nullus vmquam in veritate poterit ſe excuſare. Poteſt mihi aliquis dicere, Non poſſum vigilare aut ieiunare; numquid poteſt dicere, Non poſſum amare? Poteſt mihi dicere, Nō poſſum res meas totas pauperibus dare, & in Monaſterio Deo ſeruire; numquid poteſt dicere: Non poſſum diligere? Si dixeris, quia non poſſum à vino vel carnibus abſtinere, credimus tibi; ſi autem dixeris quia non poſſis in te peccantibus indulgere; omnino non credimus. quia nulla nobis remanet excuſatio, dum non de cellario, ſed de corde iſtam eleëmoſynam implere iubemur, vt per viam vitæ ad æternam vitam peruenire mereamur. Aug. ſerm. De charitate.

Directio Dei, eiuſquè ducatus.

In omnibus rebus & negotijs Dei directionem & ducatum poſtulandum eſſe, vide pulchrè Cornelium A lapide in cap. 33. Exod.

Diſciplina.

Quid magis aut in pace tam apertum, aut in bellis perſecutionis tam neceſſarium, quàm debitam ſeueritatem diuini vigoris tenere: quam qui remiſerit, inſtabili rerum curſu erret neceſſe eſt, & huc atque illuc varijs & incertis negotiorum tempeſtatibus diſſipetur, & quaſi extorto de manibus conſiliorum gubernaculo, nauem Eccleſiaſticæ ſalutis illidat in ſcopulos: vt appareat, non aliter ſaluti Eccleſiaſticæ conſuli poſſe, niſi ſi qui & contra ipſam faciunt, quaſi quidam aduerſi fluctus repellantur, & diſciplinæ ipſius ſemper cuſtodita ratio, quaſi ſalutare aliquod gubernaculum in tempeſtate ſeruetur. Cypr. lib. 2. epiſtola 7.

Neminem latere puto, inquit Auguſtinus, quomodo

modo bonitas ſine diſciplina, mater ſit vitiorum;& diſciplina ſine bonitate, triſtis quædam amaritudo viuendi. Lib.50.Homiliarum,Hom.4.

In accipienda pace debent præcedere quos videmus non animi infirmitate cecidiſſe, ſed in prælio congreſſos & vulneratos per imbecillitatem carnis confeſſionis ſuæ coronam non potuiſſe perferre; maximè cùm cupientibus mori non daretur occidi, ſed tam diu feſſos tormenta laniarent, quàm diu non fidem (quæ inuicta eſt) vincerent, ſed carnem quæ infirma eſt, fatigarent. Cypr. lib. 3. epiſtola 23.

Vos, inquit idem Cypr. ad Martyres, ſemper in Eccleſia Dei cuſtodito fidei tenore viguiſtis, conſeruantes firmiter Dominica mandata: in ſimplicitate innocentiam, in charitate concordiam, modeſtiam in humilitate, diligentiam in adminiſtratione, vigilantiam in adiuuandis laborantibus, miſericordiam in fouendis pauperibus, in defendenda veritate conſtantiam, in diſciplinæ ſeueritate cenſuram. Lib.3.epiſtola 25.

Diſciplina cuſtos ſpei, retinaculum fidei, dux itineris ſalutaris, fomes ac nutrimentum bonæ indolis, magiſtra virtutis. Idem Tract. De habitu virginum, in princip. Vide ibidem quæ ſequuntur.

Diſciplina Dei in Eccleſiaſticis præceptis obſeruanda, nec aſpernanda. Idem lib. 3. ad Quirin. cap.66.& 67.

Diſciplina in Eccleſia ſeruanda. Auguſt.lib. De fide & operibus, cap. 3.

Diſcipuli.

Diſcipuli Chriſti vocantur in Scripturis non ſoli Apoſtoli, ſed omnes qui in eum credentes magiſterio

ſterio eius ad regnum cælorum erudiebantur. August. lib. 2. De conſenſu Euangeliſtarum, cap. 17. circa finem.

Diſcipulorum fraus in præceptorem. Auguſt. lib. 5. Confeſſ. cap. 12.

Diſcordia.

De Diſcordia Heſſelius in Decal. c. 127. & Feliſius in Decal.

Diſcordiâ res dilabuntur. Stella in Luc. To. 1.

Vide plura in Arca medica, verbo Diſcordia.

Diuinatores, Diuinatio.

Diuinatores cur interdum vera prædicant. Heſſel. in Decal. cap. 56.

De peccato Diuinationis lege D. Thomam 2. 2. quæſt. 95.

Diuitiæ.

Diuitiæ huius mundi quid impedimenti adferant amatoribus futurorum. Proſper lib. 2. De vita contempl. c. 13.

Diuitiæ veræ quæ ſint. Idem ibidem.

Diuitiarum primus vermis ſuperbia. Auguſt. Serm. 44. in nouis.

Diuitiarum abundantia multos perdidit. Bernar. ſerm. 2. De ramis palmarum.

Ad Diuitiarum contemptum & paupertatis profeſſionem hortatur Hieronym. lib. 2. epiſtola 23. Chryſ. Homil. 2. ad pop. Ant. & Dionyſ. Carth. De quatuor nouiſſ. art. 10. ex meditatione mortis.

Diuitias quare Deus non omnibus communes fecerit. Chryſ. ſuprà, & Heſſelius in Decal. c. 134.

Diuitias quare inſtabiles Deus fecerit. Chryſ. ſuprà.

Diuitias contemnendas, rebuſque ſpiritualibus poſtpo-

postponendas, vide apud Cypr. Tract. De habitu virg.

Diuitiæ cur dentur & bonis & malis. August. pulchrè Serm. 19. in nouis.

Diuitiæ plenæ periculis. Idem Serm. 25. in nouis.

Diuitiarum abusus. Idem ibidem Serm. 30.

De Diuitijs & paupertate. Idem ibidem Ser. 32.

Vide etiam Osorium in Domin. Sexages. circa finem, in vlt. To. item Chrys. Hom. 26. ex varijs in Matth. locis.

Ad Diuites exhortatio. Aug. Serm. 44. in nouis. Chrys. Homil. 2. ad pop. Antioch. Basilius Hom. 7. in diuites auaros.

Diuitiæ non sunt tenaciter reseruandæ, sed communicandæ alijs, quia Dei sunt. Chrys. Hom. 10. in 1. ad Corinth. post med.

Diuitiæ inquietant. Cypr. lib. 2. epistola 2.

Diuitiæ cur spinæ, & fallaces. Staplet. Domin. Sexages. text. 6. lo. 2.

Diuitiæ sunt laquei diaboli. Stella in Luc. To. 2.

Diuitiæ duplices, terrenæ & spirituales. Aug. Serm. 19. in nouis.

Diuitiæ terrenæ res quædam indifferentes sunt quæ dantur bonis & malis. Idem ibidem.

Diuitijs & benè & malè vti possumus. Idem ibidem.

Diuitias quas quis iustè non tractat, iure non tenet, ait ibidem Augustinus.

Diuitiarum abusus. August. Serm. 30. in nouis.

Diuitiarum morbus, superbia. Idem ibidem Serm. 32.

Diuites veri qui sint. Idem ibidem.

De

De diuitiarum vſu Sermo elegans apud eumdem ibidem. Vide etiam Ambroſ. lib. 1. De Abraham, cap. 3.

Docere, Doctrina, Doctor.

Docet Deus communiter hominem per alios homines. Heſſelius in Symb. c. 2.

Docere proximum oportet cum tranquillitate. Auguſt Serm. 82. in nouis.

Doctrina falſa ſeueriſſimè iubetur à Deo puniri. Heſſelius in Decal. cap. 91.

Doctrina fidei ſine gratia non prodeſt. Heſſelius in Orat. Domin. cap. 29.

Quò quiſque capacior eſt vt diſcat, eò magis idoneus eſt vt alios doceat. Auguſtinus De bono perfect.

Doctrinæ maximè capaces ſunt qui affectus à terrenis abſtraxerunt. Gregor. in illud Lucæ 18. Difficile eſt diuitem intrare, &c.

Docent alij verbo, alij exemplo. Auguſt. lib. 4. De doctrina Chriſt. cap. 29.

Doctoris boni fortitudo. Stapl. Dom. 22. poſt Pentec. text. 4.

Doctores mali. Idem Dom. 12. poſt Pentec. text. 2.

Docemur in omnibus verbo Dei. Aug. lib. 11. Confeſſ. c. 8.

Doctrina ſine gratia aliquando magis obeſt. Idem Auguſt. epiſtola 107.

Doctoris Chriſtiani officium. Idem lib. 4. De doct. Chriſt. cap. 4. 12. 15. &c.

Doctori maximè agendum vt perſuadeat. Idem ibidem c. 25.

Doctoris vita correſpondens ſermoni, facit vt obedien-

obedientiùs audiatur. Idem ibidem c.27.

Doctori aut Concionatori orandum ante Concionem. Idem ibidem c.15.& 30.

Doctoris Euangelici ſermo qualis eſſe debeat. Idem ibidem c.8.

Doctori aliàs alio vtendum dicendi genere. Idem ibidem c.19. 20.21.&c.

Doctoribus obſcuritas vitanda eſt. Idem ibidem c.9. 10.& 11.

Doctoris eſt docere, delectare, & flectere. Idem ibidem c.12.13.17.

Doctrina cum virtute coniungenda. Stapl. Dom.12.poſt Pentec.textu 2.& Dom.17.tex.1.

Dolus.

Quis dolus eſt ſimplicis, quæ fictio non mentientis, niſi profundiſſimum myſterium veritatis? Auguſt.lib.16.De ciuit.c.37.

Doli deteſtatio eſt apud Pſalmiſtam Pſal.54. & Pſal.139. & Ierem.9.

S. Dominicus.

De varijs modis orandi S.Dominici vide Granatenſem Part.2.Vitæ memor.Chriſt.c.4.

Dominus, Dominium.

Deus ſolus Dominus. Molanus lib.3. De Canon.cap.12.

Dominium in homines per peccatum inductum eſt. Aug lib.19.De ciuit.c.15.16.

Dominorum officium erga ſeruos. Staplet. Dom.3. poſt Epiph. text.7. Vide etiam, ſi placet, Strenas noſtras particulares datas ſeruis.

Donum, Dona.

De ſeptem Donis Spiritus ſancti habet D.Bern. ſeptem capita De ſeptem apparitionibus Chri-

ſti,

ſti, quibus ſeptem Dona Spiritus ſancti deſignantur. Vide eum ſerm. 3. De reſurrect.

Cùm augentur in nobis dona (inquit D. Gregorius,) rationes etiam creſcunt donorum. Tantò ergo eſſe humilior atque ad ſeruiendum Deo promptior quilibet eſſe debet ex munere, quantò obligatiorem ſe eſſe conſpicit in reddenda ratione. Greg. Hom. 9 in Euangelia.

Donantis affectum, non donum tantùm reſpicit Deus. Exempla habes apud Cornelium A lapide in cap. 12. Leuitici.

Dona Dei vigilanter ſunt ſeruanda. Stella in Luc. Tom. 1.

De ſeptem Donis Spiritus ſancti, quæ pro Strena dantur, vide, (ſi placet) lib. noſtrarum Strenarum, Strena 3. particulari.

Dormire, Obdormire.

Obdormiturus vel iturus cubitum, præmitte examen conſcientiæ, piaſque ad Deum preces. A lapide in cap. 6. Deuter.

Dormitorium, vel Cœmeterium.

De Dormitorijs vel Cœmeterijs, vide P. Ioannem Dauidis in Apiario ſuo, Tract. 11. c. 5.

Dux, Duces.

De fortitudine Ducum exempla vide apud Cornelium A lapide in c. 49. Geneſ.

Exempla Ducum probè caſtra regentium vide apud eumdem in c. 20. Deuter.

Animoſitas Ducum & militum quantum faciat ad victoriam. Idem ibidem.

Ducum & piorum Principum bona monita in morte. Idem in cap. 31. Deut. circa finem.

Ebrie-

E.

Ebrietas, Ebriosi.

EBRIOSORVM & ebriorum conditiones vide ex pictura Bacchi, quam depingit Molanus lib. 2. Imag. cap. 59.

Horrendum ebrietatis ac gulæ exemplum vide apud Philippum Diez Conc. super Dom. 4. Quadragef. Tomo 1.

Ebrietatis vitium. Augustinus Serm. 49. in nouis.

De Ebrietate vide lepidum & elegantem libellum Flandricum Domini Backerij Dominicani. Titulus libelli est: Het Gheestelijck spongieken/ &c.

De ebrietate & contra ebriosos vide, si placet, duas Conciones in lib. nostrarum Strenarum.

Ebrietatis malum depingit Chrysost. Hom. 1. ad pop. Antioch.

Contra Ebriosos eumdem vide Hom. 53. ad pop. Antiochenum.

De Ebrietate & crapula vide etiam Monita sacra Adriani Mangotij: & Part. 2. Monit. 20. & 21. Bellarm. in Conc. 2. super Domin. Quinquagef. item Cornelium A lapide in c. 19. Genef.

Ebrietatis incommoda. A lapide in cap. 43. Genef.

Ebrietas potissimùm dedecet Sacerdotes. Idem in c. 10. Leuit.

De Ebrietate integram Conc. habet Bald. Iun. Conc. 3. super Domin. 10. post Pentecost.

De Ebrietate & comessationibus Hessel. in Decal. cap. 190. & 191.

Ebrietas adeò communis fuit Africæ, vt pro peccato vix haberetur, vti & nunc multis. Cypr. epistola 104. De dupl. martyr.

Contra Ebrietatem & crapulam rursum Chrys. Tom. 5. Hom. 54. ad pop. Ant.

Ebrietas mater luxuriæ & incontinentiæ. Hessel. in Decalogum, c. 144.

Ebrietas & comessatio quos maximè dedeceat. Idem ibidem cap. 193.

Ebrietas & comessatio quare à vulgo tam parua peccata putentur. Idem ibidem c. 194.

Remedium contra Ebrietatem & gulam. Idem ibidem.

Ebriosorum excusatio refellitur, qua se nemini nocere dicunr, cùm tamen Dei sui templum corrumpant. August. Serm. 105. in nouis, & Hessel. in Decal. cap. 17.

De Ebrietate tractat etiam Felisius in Decal.

Vide fusè ex Patribus & Scripturis Panarion Ioannis Busæi, verbo Ebrietas. denique Bellarm. Conc. 20. super Domin. Quinquages.

Ecclesia.

Ecclesiæ cognoscendæ quanta sit necessitas. Hesselius De officio pij viri, cap. 18. 19.

Ecclesia ex gentibus in Ruth præfiguratur. Ruth 1. & 2. Prosper Part. 2. Promiss. & præd. cap. 23.

Ecclesia etiam præfigurata per mulierem quæ sanguinis fluxum patiebatur Luc. 8. Aug. Serm. 41. in nouis.

Ecclesiæ vnitas significatur per tunicam Christi indiuisam. Prosper suprà.

Ecclesiam quomodo quis intret, & quomodo eijciatur. Hessel. in Symb. cap. 54. 55. & 56.

Extra

Extra Ecclesiam non est salus. Cypr. De vnit. Ecclesiæ. & Guiliel. Estius Orat. 8.

Ecclesiæ Dei vnus est summus Sacerdos & vice Christi Iudex. Cypr. De hæret. c.18. & Hesselius in Symbol. cap. 53.

Ecclesia vna est. Cypr. De hæret. ad plebem vniuersam, c. 25. & epistola 75. & Hessel. in Symb. cap. 53.

Ecclesia persecutionibus magis proficit & excitatur ad gloriam. Cypr. epistola 35.

Ecclesiæ ex gentibus fecunditas, & Synagogæ sterilitas prædicitur. Cypr. lib. 1. ad Quirinum, cap. 20 21. 23.

Ecclesia sponsa Christi. Idem lib. 2. ad Quirin. c. 18. & Aug. lib. 1. De doct. Christ. c. 16.

Ecclesiæ duo tempora in Scripturis commendantur, vnum in hac vita, alterum post hanc vitam. August. Serm. 5. in nouis.

Ecclesia non rectè dicitur societas vel multitudo electorum. Hessel. De officio pij viri, & in Symb. cap. 62.

Ecclesia complectitur bonos & malos. August. Serm. 77. in nouis, & Serm. 90. & Hessel. De officio pij viri, & in Symb. cap. 51. item Estius Orat. 10.

Ecclesia per totum orbem diffusa. August. Sermone 79. in nouis, c. 14. & 15. & Hessel. in Decalog. cap. 59.

Ecclesia per hoc quòd Catholica dicitur, ab hæreticorum conuenticulis discernitur. Hessel. in Symb. cap. 60.

Ecclesia quare dicatur Catholica. Hessel. in Symbol. cap. 59.

De Ecclesia vide Bayum in Symb. in illud, Credo sanctam Ecclesiam, &c.

Ecclesiam vnam ex Iudæis & gentibus Christus fecit. Aug. Serm. 80. in nouis, & lib. 3. De consensu Euang. cap. 4.

Ecclesia ita firmiter fundata est, vt nullis vmquam ne tyrannorum quidem persecutionibus opprimenda vel euertenda sit. Chrys. serm. 1. de Pentec. & Hom. 4. De verbis Isaiæ, Vidi Dominum, &c.

Ecclesia non senescit. Chrys. serm. 1. De Pentecoste, post med.

Quæ sit causa concordiæ quæ in Ecclesia conspicitur. Hessel. in Symb. cap. 53.

Ecclesia quare dicatur mater nostra. Hessel. De officio pij viri, c. 18.

Ecclesia præsentis temporis nomine regni cælorũ in Scripturis sępè intelligitur. Greg. Ho. 38. in Euãg.

Ecclesiæ nauis demergi non potest. Chrysost. Hom. 4. De verbis Isaiæ, Vidi Dominum, &c.

Ecclesiæ præcepta tamquam Dei mandata obseruanda sunt. Hessel. in Decal. cap. 99.

Ecclesiæ cuiusque ac patriæ consuetudo sequenda in obseruatione quorumdam ieiuniorum. Idem ibidem cap. 106.

Ecclesiæ verbum an sit maioris auctoritatis quàm Scriptura. Idem in Symb. cap. 69.

Ecclesia quare Sanctorum communio dicatur. Idem ibidem cap. 70.

Ecclesia columna & fundamentum veritatis. Idem De officio pij viri, cap. 136.

De persecutionibus Ecclesiæ Bernar. serm. 29. in Cantica, ad illa verba, Filij matris meæ pugnauerunt contra me.

Extra

Extra Ecclesiam non est remissio peccatorum. August. Enchirid. cap. 65.

Ecclesia militans & triumphans vna est. Idem ibidem cap. 59.

Ecclesia triumphans nullos malos habet. Idem ibidem cap. 57.

Ecclesia hîc nondum caret omni macula. Idem lib. 1. De nupt. c. 33. & lib. 4. ad Bonifac. cap. 7.

Ecclesia semper habuit malos bonis permixtos. Idem epistola 89. & lib. De nupt. c. 33. & lib. De fide & operib. c. 2. & 3. & lib. 3. De doct. Christ. c. 32.

Ecclesiæ claues. Idem lib. 1. De doct. Christ. cap. 18.

In Ecclesia excommunicandi potestas. Idem lib. De fide & operib. cap. 2.

Ab Ecclesia non est recedendum propter malos. Idem ibidem cap. 5.

Ad Ecclesiam pertinent etiam Sancti veteris Testamenti. Idem Serm. 22. in nouis.

Ecclesia per nauem significatur. Idem ibidem Serm. 39.

Ecclesia per tribulationem proficit. Idem lib. 18. De ciuit. cap. 51.

Habere iam non potest Deum patrem, qui Ecclesiam non habet matrem. Cypr. De vnitate Ecclesiæ, post princ.

Ad Ecclesiam pertinent etiam mortui fideles. August. lib. 20. De ciuit. c. 9.

De Ecclesiæ glorificatione post mortem. Idem ibidem cap. 17.

De Ecclesiæ notis vide Bellarm. in Controuers. De Ecclesia militante, & Belliol. lib. De Ecclesia.

Qui dicit se habere Ecclesiam (inquit August.)

det signum quod in prima Ecclesia dabatur, loquatur omnibus linguis. Hîc dices mihi: Quid enim? tu loqueris omnibus linguis? Loquor planè, quia omnis lingua,mea est;id est,eius corporis cuius ego membrum sum. Diffusa Ecclesia per omnes gentes,loquitur omnibus linguis. Tract.22. in Ioannem.

In ventre Ecclesiæ veritas manet,inquit idem Augustinus. Quisquis ab hoc ventre Ecclesiæ manet separatus, necesse est vt falsa loquatur. Necesse est, inquam, vt falsa loquatur, qui aut concipi noluit, aut quem conceptum mater excussit. Expecta ergo formari. Noli tibi tribuere iudicium, quod fortè non nosti. Carnalis es,adhuc conceptus es: eo ipso quo accepisti nomen Christi, sacramento quodam natus es in visceribus matris. Bonum est vt formatus exeas,ne abortiuus exeas. Generet te mater,non abortiat. Si patiens fueris vsquequò formeris, vsquequò certa sit in te doctrina veritatis, continere te debent materna viscera.Si autem impatientia tua concusseris látera matris tuæ, cum dolore quidem excutiet te foras, sed magis tuo malo, quàm suo. Enarrat.in Psal.57.

Quod ad nos attinet (inquit Cyprianus) conscientiæ nostræ conuenit dare operam, ne quis culpa nostra de Ecclesia pereat. Si autem quis vltrò & crimine suo perierit,& pœnitentiam agere,atque ad Ecclesiam redire noluerit, nos in die Iudicij inculpatos futuros, qui consulimus sanitati,illos solos in pœnis mansuros, qui noluerint consilij nostri salubritate sanari. Lib.1. epistola 3.

Multa sunt (inquit Augustinus) quæ me in Ecclesiæ gremio iustissimè tenent. Tenet me consen-

sio

ſio populorum atque gentium. Tenet auctoritas miraculis inchoata, ſpe nutrita, charitate aucta, vetuſtate firmata. Tenet ab ipſa Sede Petri Apoſtoli, cui paſcendas oues ſuas poſt reſurrectionem ſuam Dominus commendauit, vſque ad præſentem Epiſcopatum ſucceſſio Sacerdotum. Tenet poſtremò ipſum Catholicæ nomen, quod non ſine cauſa inter tam multas hæreſes ſola obtinuit. In Epiſtola fundam. c.4.

Qui non vult Eccleſiæ ianuam ſponte humiliatus ingredi, neceſſe habet in ianuam inferni non ſponte damnatus introduci. Beda lib.5. Hiſt. Angl. c.15. To.3.

Domus Dei (Eccleſia) credendo fundatur, ſperando erigitur, diligendo perficitur. Aug. Serm.22. De verbis Apoſtoli.

Non poteſt quiſquam per oſtium, id eſt per Chriſtum, egredi ad vitam æternam quæ erit in ſpe, niſi per ipſum oſtium, id eſt per eumdem Chriſtum, in Eccleſiam eius, quæ eſt ouile eius, intrauerit ad vitam temporalem quæ eſt in fide. Aug. Tract.45. in Ioannem.

Eccleſia dum perſecutionem patitur, floret; dum opprimitur, creſcit; dum arguitur, intelligit; & tunc ſtat, cùm ſuperari videtur. Hilar. lib.7. De Trinit.

D. Ambroſ. cùm à Valentiniano hæretico Imperatore mandaretur, Trade Baſilicam; reſpondit, Nec mihi fas eſt tradere, nec tibi, Imperator, expedit accipere. Domum priuati nullo potes iure temerare, domum Dei exiſtimas auferendam? Noli te extollere: ſed ſi vis diutiùs imperare, eſto Deo ſubditus. Epiſtola 33.

Idem, Si, inquit, de meis aliquid poſceretur, aut

fundus, aut domus, aut aurum, aut argentum, id quod mei iuris esset, libenter offerrem. Templo Dei nihil possum decerpere, nec tradere illud quod custodiendum non tradendum acceperim. In Orat. contra Auxent.

Similia exempla de S. Chrysostomo & Bernardo vide apud Vigor in Domin. 12. post Trinitat.

Felix Ecclesia, (inquit Tertullianus) cui totam doctrinam Apostoli cum sanguine suo profuderunt, vbi Petrus passioni Dominicæ adæquatur, vbi Paulus Ioannis exitu coronatur; vbi Apostolus Ioannes, posteaquam in oleum igneum demersus nihil passus est, in insulam relegatur. De Præscript. hæret.

Ecclesia quomodo virgo & fecunda mater, vide ex S. Ambrosio & Hieron. apud Cornelium A lapide in cap. 4. ad Galat.

Ecclesiæ tres status. Vide apud eumdem in c. 32. Num.

De dedicatione Ecclesiæ Sermonem habet Augustinus Serm. 87. & sequent. in nouis; & Bernardus varios habet de eadem materia. Vide Beyerlinck Part. 3. suarum Concionum.

Ecclesiæ consuetudines seruandæ. Stapl. Domin. 1. post Epiph. text. 2.

Ecclesiæ persecutio. Idem Dom. 6. post Pascha text. 2.

De Ecclesiastico ordine, & vnde eius contemptus, vide apud Guilielmum Estium Orat. 1. Theolog.

Eclipsis.

De Eclipsi solari quæ accidit tempore passionis Christi Saluatoris, vide pulchrè & doctè Titelmannum

mannum in Physicam lib.7.c.16.& 17.& Bellarm. lib.2.De septem verbis Domini,c.1.& 5.item Stellam in Lucam,To.2.

Educatio.

Placita Platonis de Educatione vide apud Cornelium A lapide in cap.2.Exodi.

Effusio sanguinis.

Quòd Christus septies effuderit sanguinem contra septem peccata mortalia, vide Crespet in Festo Circumcis.De triumpho B.Virginis.

Egenus, Egestas.

Cur tam multi sint egeni, vide quatuor causas pulchrè deductas apud Bellarm. Conc.26. in Dominicam Lætare.

Non solùm aures præbendæ sunt egenorum precibus, sed & oculi inuestigandis eorum clanculis necessitatibus. Ambros.

Vide plura infrà verbo Paupertas.

Electi, Electio.

Electorum numerus ignotus. August.Enchirid. cap.30.

Cur Deus hunc eligat, illum non eligat, inscrutabilis est iudicij diuini. Idem lib.4. ad Bonifac. c.6.& De dono perseuer. c.8.

Electos aliquando à fide desciscere, sed ad tempus, exempla vide apud Feuardentium in Ruth.

De Electione Dei vide A lapide in cap.2. 2.ad Timoth.

Electi in præscientia Dei sunt signati. Idem ibidem.

Deus nullum elegit dignum, sed eligendo efficit dignum, nullum tamen punit indignum. August. lib.5.contra Julian.c.3.

De Electione Prælatorum aut Superiorum vide Philip. Diez Conc. 1. & 2. De S Barthol.

Eleëmosyna.

Eleëmosynæ fructus & elogia vide pulchrè & copiosè apud Cornelium A lapide in c. 26. Deuter.

De Eleëmosyna, & de diuitibus ac pauperibus eleganter vide Bellarm. Conc. super Dom. 4. Quadrages. Part. 2.

Lege eumdem Conc. 2. in Domin. 2. Quadrages. & seq. & Conc. 1. in 1. Quadrages. item A lapide in cap. 9. 2. ad Corinth.

De virtute Eleëmosynæ pulcherrimum & lectu dignissimum exemplum vide apud Sophronium in Prato spirituali, cap. 195. de quodam Philosopho Euagrio.

De virtute Eleëmosynæ vide etiam pulchrè disserentem Chrys. Hom 9. De pœnitentia, circa med.

De faciendis Eleëmosynis. Aug Serm. 33. & 34. in nouis. Vide etiam Peraldum in Summa virt. Tract. De iustitia.

De Eleëmosyna & collatione in Sanctos. Chrys. Tom. 4. & Tom. 5. item Hom 32. & 33. ad pop. Antioch.

Pulchra rursum exempla de Eleëmosyna lege apud Costerum super Domin. 6. post Pentec. §. 14. & 17. item super Domin. 8. post Pentec. §. 19. Vide eumdem in Domin. Quinquages.

De Eleëmosyna & misericordia varias Homilias habet Chrys. ad pop. Antioch. incipiendo potissimùm ab Homilia 32.

De Eleëmosyna pulchram similitudinem & doctrinam vide apud Pintum in Ezech. cap. 16. item in cap. 18.

De

De excusationibus diuitum Eleëmosynas non dantium, vide eleganter Chrysostóm. Homil. 11. in Epistolam ad Hebræos. & Stapleton. in Domin. 15. post Pentecost. text. 5.

De Eleëmosynis quæ in peccatis fiunt, vide August. lib 21. De ciuit. cap. vlt. per totum.

Rursum de Eleëmosyna lege Corn. A lapide in cap. 25. Exod.

Iterùm pulchrum exemplum Eleëmosynæ vide apud eumdem in cap. 2. Leuit.

De Eleëmosyna distribuenda vide Peronet super Festum S. Laurentij.

Tunc veraciter locuples diuitias suas secũ ferret, si ad petentis vocem, dum viueret, erogaret: nam terrena omnia quæ seruando amittit, largiendo custodit. B. Laurent. Iustin. lib. De lig. vit. tit. Fides.

Patrimonium Deo creditum nec Respubl. eripit, nec fiscus inuadit, nec calumnia aliqua forensis euertit. In tuto hereditas ponitur, quæ Deo custode seruatur. Cyprian. serm. 1. de Eleëmosyna.

Maximas vobis gratias agimus, ait Cyprian. quòd tam bonæ & necessariæ operationis nos participes esse voluistis, vt offerretis nobis agros vberes, in quibus spei nostræ semina iaceremus, expectaturi messem de amplissimis fructibus qui de cælesti & salutari operatione proueniunt. Epistola 60. Nouerat quippe Cyprianus, eleëmosynam plus danti quàm accipienti prodesse. Hinc & D. Gregorius, Multum, inquit, ad edomandam dantis superbiam valet, si, cùm terrena tribuit, verba Magistri cælestis sollicitè penset, qui ait: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cũ defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Si enim eorum

rum amicitiis æterna tabernacula acquirimus, dantes proculdubiò pensare debemus, quia patronis potiùs munera offerimus, quàm egenis dona largimur. Lib.21. Moral.cap.14.

Idem Gregorius refert pulchrum miraculum quod per Eleëmosynam datam accidit, lib. 1. Dialog. cap. 9. Narrat enim, horreum quoddam miraculosè repletum postquam eleëmosynas largiendo exhaustum fuerat.

Quod dedisti, inquit Basilius, ad te cum auctuario reuertetur. Frumentum in terram cadens, lucrum proiicienti parit, sic & panis esurienti collatus multam tibi in posterum reddet vtilitatem. vnde Christus Dominus, Da pauperibus, & habebis thesaurum in cælis. Homil.6.in diuites auaros.

Putei, inquit idem Basilius ibidem, sæpè exhausti, meliùs & copiosiùs fluunt; dimissi & quieti facilè putent. Sic & opes conditæ inutiles, translatæ in publicum commodum fructum pariunt.

Eleëmosynæ commendatio. Prosper Part. 2. Promiss. & prædict. cap. 7. & Cyprian. plurimas auctoritates ex Scriptura colligit lib. 3. ad Quirin. cap.1..

Conditiones obseruandas dantibus Eleëmosynas lege apud Bellarminum lib. 1. De arte benè moriendi cap.9. vbi & de necessitate & de fructu Eleëmosynæ disserit.

In Eleëmosynæ largitione cauenda superbia. August. Serm. 70. in nouis.

Eleëmosynam fieri vult Deus non semper principaliter vt pauperi subueniatur, sed vt dans benedictionem à Domino promereatur. Idem ibidem.

Eleëmosynæ tam corporalis quàm spiritualis exi-

exiguitas vel magnitudo non donorum quantitate, ſed exhibentis potentiâ metienda eſt. Chryſoſt. Tom. 5. De miſericordia.

Ad Eleëmoſynam exhortatio amore Chriſti. Chryſoſt. ibidem Homil. 32. De eleëmoſyna & miſericordia.

Item quia omnia noſtra Dei ſunt. Idem Homilia 10. in 1. ad Corinth. poſt. med.

Eleëmoſynám facere, quando ſit in præcepto. Heſſel. in Decal. cap. 118.

Eleëmoſynæ præſtandæ, duæ cauſæ. Idem ibid.

Eleëmoſyna ſecundùm cuiuſque poſſibilitatem præſtanda. Idem ibidem cap. 119.

Eleëmoſyna præcipitur non tantùm vt opus bonum, ſed etiam vt remedium peccatorum. Idem ibidem cap. 121. 122. & 123.

Eleëmoſyna an etiam impio facienda ſit. Idem ibidem cap. 122.

Eleëmoſynæ non redimunt peccata ſine emendatione vitæ. Auguſt. Enchirid. c. 70. 75. & 77.

Eleëmoſynæ commendatio. Idem ibidem c. 69.

Eleëmoſynam commendandi ratio. Idem Sermone 19. in nouis. Serm. 33. & 34.

Eleëmoſyna non depauperat. Cyprian. De opere & eleëmoſyna.

Eleëmoſynæ retributio. Stapleton. Domin. 1. poſt Pent. text. 4. & Domin. 6. poſt Pent. text. 1. & Dom. 8. poſt Pent. text. 2. & Dom. 4. Quadrag. tex. 5.

Qui facere poſſint Eleëmoſynam. Feliſius in Decal.

Plura ex Scriptura & Patribus videre licet in Viridario Buſæi, verbo Eleëmoſyna, & Balduino Iunio Conc. 2. & 3. in Dominic. 6. poſt Pentecoſt.

Elo-

Eloquentia.

Eloquentia non arguit rei veritatem. Auguſtinus lib. 5. Confeſſ. 6.

Eloquentia ſine ſapientia cauenda. Idem lib. 4. De doctr. Chriſt. cap. 5.

Eloquentia ad bonum & ad malum valet. Idem ibidem cap. 3.

Eloquentiæ vtilitas. Idem lib. 2. De doctrina Chriſt. cap. 36. & lib. 4. cap. 13.

Eloquentia ſeiuncta à charitate non prodeſt, ſed obeſt. Bellarminus Conc. 19. ſuper Dominicam Quinquageſ.

Eloquentia charitate multò minor. Idem ibid.

Emptio.

Difficile eſt inter ementis & vendentis commercium non interuenire peccatum, inquit D. Leo.

Emptionem ac venditionem multis modis iniuſtam eſſe contingit. Heſſel. in Decalog. cap. 201.

De emptione & venditione lege Leſſium lib. De Iure & iuſtit. lib. 2. cap. 21.

Emendatio vitæ aut morum.

Quidquid hîc paſſus fuerit homo, inquit Chryſoſt. ſi corrigatur, emendatio eſt; ſi non corrigatur, duplex damnatio eſt. hîc enim luit pœnas temporales, & ibi experietur æternas. Homil. 6. De Iob, Tomo 1.

Vide plura infrà verbo Pœnitentia.

Energumenus.

Super energumeni caput tenebat S Bernardus venerabilem Euchariſtiam, dicens hæc verba: Adeſt, inique ſpiritus, Iudex tuus, adeſt ſumma poteſtas; iam reſiſte, ſi potes. Adeſt ille, qui pro noſtra ſalute paſſurus, Nunc, inquit, Princeps mundi

mundi huius eiicetur foras. Hoc illud corpus, quod de virgineo corpore ſumptum eſt, quod in ſtipite crucis extenſum, quod in tumulo iacuit, quod de morte ſurrexit, quod videntibus diſcipulis aſcendit in cælum. In huius ergo maieſtatis terribili poteſtate tibi ſpiritus maligne præcipio, vt ab hac ancilla Dei egrediens, contingere eam deinceps non præſumas. In Vita.

Epiphania.

De Epiphania Domini. Hieronym. Tomo 4. & Auguſtin. Serm. 58. in nouis. Fulgent. ſerm. 5. & alij Patres. Heſſelius in Decalog. cap. 101. Vide alios Auctores neotericos; inter ceteros Bellarminum Conc. 14.

Epiſcopus.

Epiſcopale & Sacerdotale faſtigium longè ſuperat Regum & Principum dignitatem. Bellar. lib. 1. De Princ. Chriſtiano, cap. 5.

Pulcherrima elogia, & ſpecioſiſſimos titulos Epiſcopi vide apud Bernard. ad Eugenium, & Cornelium A lapide, in Epiſtola dedicatoria ſuper Epiſtolas Pauli.

De Epiſcopis & Paſtoribus vide etiam Bellarmin. lib. 2. De gemitu columbæ, cap. 5.

De Epiſcopali ſtatu eiuſque periculo pulchrè diſſerit Hieron. Plat. lib. 1. De bono Relig. cap. 38.

Ibidem habet varia exempla eorum qui Epiſcopalem dignitatem recuſarunt.

De Epiſcopatu lege D. Thomam 2. 2. quæſt. 185. per 8. articulos.

Epiſcopi in primitiua Eccleſia frequenter deſignabantur diuino aliquo ſigno. Vide Cornelium A lapide in 1. cap. 1. ad Timotheum.

Quo-

Quomodo Deus aliquando abiectissimos & humillimos eleuet ad Episcopatum, vide exempla apud Costerum super Domin. 3. Aduentus, §.3. & super Domin. 4. §. 5.

Episcopatus fugiendus. Granatensis Conc. 2. super Domin. 16. post Pentecost.

Episcopus dicitur, quia superintendit. August. Serm. 127. in nouis.

Episcopi curam temporalium aliis committere debent, quò ipsi liberiùs Ecclesiæ Dei vacent. Hessel. in Decal.cap.145.

Episcopi exemplum habent in Ambrosio. Augustin. lib. 6. Confess.cap.3.

Episcopi, Sacerdotes, & Concionatores quare Angeli dicantur. Bellarminus Concione 9. super Psalm. 90.

Episcopi officium est docere & prædicare. Stella in Luc. Tom. 1.

Episcopus in Ecclesia est, & Ecclesia in Episcopo. & si qui cum Episcopo non sunt, in Ecclesia non esse certum est. Cyprian. lib.4. Epistola 9.

Audi pulchrum dictum S. Augustini ad Valerium Episcopum scribentis. Ante omnia, inquit, peto, cogitet religiosa prudentia tua, nihil esse in hac vita, & maximè hoc tempore, facilius, lætius, & hominibus acceptabilius, Episcopi aut Presbyteri, aut Diaconi officio, si perfunctoriè & adulatoriè agatur; sed apud Deũ nihil miserius, tristius, & damnabilius: econtrà autem, nihil esse in hac vita, & maximè hoc tempore, difficilius, laboriosius, & periculosius, Episcopi aut Presbyteri aut Diaconi officio; sed apud Deum nihil beatius, si eo modo militetur, quo Imperator noster iubet. Sic ille.

Vide

Vide plura infrà verbo Officium ecclesiasticum.

Erasmus.

De Erasmi scriptis iudicium Bellarmini in Controuers. in Præfatione libri De Christo.

Item Cuyckius variis locis in Speculo Concubinariorum, & epistolis eidem annexis.

Vide etiam Præfationem Petri Canisij, quæ præmittitur epistolis Hieronymi.

Euangelium, Euangelista.

Euangelistarum concordia. August. Serm. 64. & 65. in nouis.

Ad Euangelium conscribendum duo ex Apostolis, & duo ex Discipulis à Domino electi sunt. Idem ibidem Serm. 70.

Euangelium prædicandum ex charitate, non occasione lucri. Idem ibidem Serm. 119.

Euangelium nondum erat prædicatum per totum mundum tempore Augustini. De natura & gratia, cap. 2.

Euangelio non crederem nisi me Ecclesiæ auctoritas commoueret. Augustin. contra epistolam Fundamenti, cap. 5.

Non debemus ideò euangelizare vt manducemus, sed ideò manducare vt euangelizemus: vt cibus non sit bonum quod appetitur, sed necessarium quod adiicitur. Augustinus in Sermonibus nouis.

Non Martyres Euangelium faciunt, sed per Euangelium Martyres fiunt. Cyprian. epistola 85.

Vnde hîc viuitur, necessitatis est accipere, charitatis est præbere: non tamquam venale sit Euangelium, vt istud sit pretium eius quod sumunt qui illud annuntiant, vnde viuant. Si enim sic ven-

dunt, magnam rem vili pretio vendunt. Accipiant ſuſtentationem neceſſitatis à populo, mercedem diſpenſationis à Domino. Non enim eſt populus idoneus reddere mercedem illis, qui ſibi in Euangelij charitate ſeruiunt. Non expectent illi mercedem, niſi vnde & iſti ſalutem. Auguſt. ſerm. De paſtoribus, cap. 2.

Euangelij efficacia. Bellarm. Conc. 14. in die Epiphan.

Eucharistia.

De Euchariſtia doctiſſimas & optimas Conciones habet Adrianus Hofſtadius in libro Euchariſtico, & D. Thom. Opuſculo 28.

Euchariſtiæ inſtitutio quàm fuerit conueniens diuinæ bonitati, & conſentanea hominum ſaluti, oſtendit pulchrè duodecim rationibus Franciſcus Suarez in D. Thom. 3. Part. Tom. 3. quæſt. 75. ſectione 7. diſp. 46.

De Euchariſtiæ veritate. Chryſoſt. Homil. 83. in Matth.

De virtute Euchariſtiæ vide Coſterum ſuper Domin. 6. poſt Epiphan. §. 10.

De mixtione aquæ & vini ante conſecrationem Euchariſtiæ vide Cyprian. epiſtola 63.

Pulchras precatiunculas à ſumentibus Euchariſtiam dicendas vide apud Adrianum Hofſtadium in Sermonibus Euchariſt. ſerm. 55. & apud Adrianum Mangotium in Monitis ſac. Part. 3. Mon. 17.

De venerabili Euchariſtia, vt eſt Sacramentum & alimentum, vide Leſſium lib. 12. De perfect. diuinis, cap. 15.

De beneficio Euchariſtiæ vide eumdem ibidem cap. 13.

De

De Euchariſtia ſcholaſticè tractat P. Aegidius Coninck lib. De ſeptem Sacramentis, & Bellarminus in Controuerſ.

Euchariſtiâ alimur & nutrimur. Cyprian. epiſtola 104. De dupl. martyr.

Euchariſtia à ieiunis accipienda. Auguſtin. lib. 1. ad inquiſitiones Ianuarij, cap. 6. & Tertull. lib. 2. ad vxorem. Rurſum Auguſtin. epiſtola 18. ad Ianuar.

Euchariſtia an quotidie an rariùs accipienda. Idem lib. 1. ad inquiſ. Ianuarij cap. 3. & Bellarm. lib. 1. De arte benè moriendi, cap. 12.

Euchariſtiam ſiue Corpus Domini ſub ſpeciebus panis & vini hîc nobis relictum pallio Eliæ comparat Chryſoſt. Homil. 2. ad pop. Antioch.

Euchariſtiæ ſumptio optimum tutamen caſtitatis. Heſſel. in Decal. cap. 144.

De circumgeſtatione ſeu Theophoria, vide Adrianū Hoffſtadium ſerm. 67. & 68. De Euchariſt.

Euchariſtiam indignè ſumere tentantibus Deus ſe aliquando ſubtraxit. Cyprian. De lapſis, ante finem.

De miraculis Euchariſtiæ extat libellus Gallicus Iacobi Bourgeois Prouincialis Trinitarij.

D. Auguſtinus de Euchariſtia loquens, Hoc, inquit, fides credat, intelligentia non requirat, ne aut non inuentum putet in credibile, aut inuentum non credat ſingulare. Et: Hæc, inquit, ſunt quæ fidem neceſſariò exigunt, rationem non admittunt; expetunt ſimplicem creditorem, arguunt impium diſcuſſorem. Ad Felician.

Euchariſtiam inhonorat, qui in domo priuata celebrat. Baſil. quæſt. 310.

Si ratio quæritur, non erit mirabile; si exemplum poscitur, non erit singulare. Demus ergo, Deum aliquid posse, quod nos fateamur inuestigare non posse. In talibus rebus tota ratio facti, est omnipotentia facientis. August. epistola 3.

Dixi sæpiùs, ait D. Bernardus, nec mente excidere debet, quoniam in casu primi hominis cecidimus omnes. Cecidimus autem super aceruum lapidum, & in luto. vnde non solùm inquinati, sed etiam vulnerati & grauiter quassati sumus. Lauari quidem citò possumus, ad sanandum verò opus est curatione multa. Lauamur in Baptismo, sed curatio paulatim succedit ex Sacramento Corporis & Sanguinis Domini. Duo enim illud Sacramentum operatur in nobis, vt videlicet & sensum minuat in minimis, & in grauioribus peccatis omnino tollat consensum. Si quis ergo vestrûm, fratres, non tam sæpè modò nec tam acerbos sentiat iracundiæ motus, inuidiæ, luxuriæ, &c. gratias agat Corpori & Sanguini Domini. Serm. De Cœna Domini.

In huius (Eucharistiæ) præsentia non superuacuè mendicant lachrymæ veniam, nec vmquam patitur contriti cordis holocaustum repulsam. Quoties te in conspectu Domini video suspirantem, Spiritum sanctum non dubito aspirantem. Cùm intueor flentem, sentio ignoscentem. Cyprianus serm. De Cœna Domini.

De Eucharistia vide etiam Baïum in Catechismum. Vide plura ex S S. Patribus & Scriptura in Viridario Busæi, verbo Eucharistia.

Excommunicatio.

Excommunicationis vsus. Prosper lib. 2. De

vita

vita contemplatiua, cap. 7. & Hesselius in Symb. cap. 55.

Excommunicatio id nunc agit in Ecclesia quod in veteri Testamento interfectio. Augustin. q. 39. super Exod.

Excommunicatio, qua quis extra Ecclesiam eiicitur, quantum sit malum. Hesselius in Symb. cap. 57.

Excommunicationis potestas in Ecclesia. Augustinus lib. De fide & operibus, cap. 2.

Excommunicationis quædam vtilitas explicatur apud August. epist. 91.

Excommunicatione peccata quædam plectenda sunt. Idem De fide & operibus, cap. 26.

Excommunicatione, nulla maior pœna in Ecclesia. Idem lib. De corrept. cap. 15.

De Excommunicatione latissimè vide Aegidium Conincx in lib. De septem Sacramentis. Vide etiam Petrum Besse in Opere Quadragesimali super Fer. 3. post Dom. 3. Quadrages. & Costerum super Dom. 6. post Pascha §. 9. item pulchrè & latè Petrum Ribad. De Principe Christiano, lib. 1. à cap. 30. per aliquot.

Quomodo Monachus quidam propter proprietatem à D. Gregorio excommunicatus, post mortem ab eodem absolutus sit, vide exemplum in Prato spirituali, cap. 192.

Excusatio in peccatis.

Quomodo in extremo Iudicio nulla excusatio locum habebit, pulchrè tractat Philippus Diez Conc. 2. super Dominic. 1. Aduentus ante finem.

Peccata excusantes vel abscondentes ea aggrauant: de quo pulchrè D. Greg. lib. 22. Moral. c. 13.

Vſitatum, inquit ibidem, humani generis vitium eſt, & labendo peccatum committere, & commiſſum negando abſcondere, & conuictum defendendo multiplicare.

Vide etiam Coſterum ex Bernard. ſuper Dom. Septuageſ. ad illa verba, Quia nemo nos conduxit.

Vide ſuprà verbo Dilectio.

Excuſatio peccatorum. Stapleton. Dom. 2. poſt Pent. text. 3.

Nulli habent excuſationes quòd Deo non ſeruierunt. Auguſt. epiſtola 105. & lib. De corrept. cap. 7.

Inexcuſabilis omnis peccator. Idem ibidem.

Inexcuſabiliores tamen ſunt qui aliis legem Dei prædicauerunt quam ipſi non fecerunt. Idem ibidem.

Exempla.

Vita noſtra iubeat, lingua perſuadeat; quia plus auctoritatis geſtat exemplum, & ingerit appetentiam ſui morum lenis formatio. Athanaſ. in exhort. ad Monach. Tom. 4.

Cùm omnes milites Chriſti cuſtodire oporteat præcepta Imperatoris ſui, tum vos magis præceptis eius obtemperare conuenit, qui exemplum ceteris facti eſtis, & virtutis & timoris Dei. Cyprian. lib. 3. epiſt. 15.

Exempla bonæ conuerſationis aliorum quantum valeant, vide apud Platum lib 1. cap. 26. De Relig.

Exemplis & operibus efficaciùs docetur quàm voce, vide Monita ſac. Adriani Mangotij Part. 3. Mon. 45.

Munda

Munda sit manus oportet, quæ aliorum sordes abstergere festinat. Gregorius Curæ past. part. 2.

Exempla aliorum bona vel mala quantam virtutem habeant ad mouendum, vide apud Philippum Diez exemplis demonstratum in Domin. 4. Quadragesf. Tom. 1.

Vide etiam pulchrum de hoc exemplum apud Costerum super Domin. 4. Aduentus, §. 9.

Exemplaris vitæ vtilitas. Staplet. Dom. 6. post Epiph. text. 3.

Exempla maiorum. Idem Domin. 15. post Pentecosten, text. 1. & Domin. 20. post Pentecosten, text. 8.

Exequiæ.

De iustis, funeralibus, & Exequiis Christianorum vide P. Ioannem Dauidis in Apiario Part. 11. à cap. 3. vide etiam infrà verbo Funus, & verbo Sepultura.

Exilium.

De exilio huius mundi vide Cornelium A lapide in cap. 12. Gen.

Sanctis nusquam esse exilium, idem pulchrè in cap. 2. Exod. vide etiam Augustinum Serm. 118. in nouis.

Exorcismus.

Exorcismus obsessorum. Felis. in Decalogo.

Exorcismi infantum meminit Augustinus De peccato originali, cap. 40. & lib. 1. De nuptiis, cap. 20.

F.

Factum, Facta, Factis docere.

MONSTROSA res est (ait Bernard.) gradus summus, & animus infimus; sedes prima, & vita ima; lingua magniloqua, & manus otiosa; sermo multus, & fructus nullus; vultus grauis, & actus leuis; ingens auctoritas, & nutans stabilitas; facies rugosa, & lingua nugosa. Lib. 2. De considerat. ante med.

Fama.

Multum in vtramque partem crebrò fama mentitur, & tam de bonis mala quàm de malis bona, falsorum ora concelebrant. Hieronym. epistola 8. ad Ruffin. Presbyt.

Fama quando tollatur. Hessel. in Decal. c. 167.

Fama bona quo pacto comparanda. Feuardent. in Ruth.

Fama semel contaminata vix potest elui. Idem ibidem.

Fama quantopere curanda. Idem ibidem.

De fama bona multa ex Scriptura & Patribus vide in Viridario Busæi, verbo Fama bona.

Fames.

Fames, sitis, &c. non habent necessitatem peccandi, sed exercent. August. lib. De natura & gratia, cap. 23.

Aliud fames, aliud edacitatis libido. Idem lib. 4. contra Iulian. c. 14.

De Fame vide Feuardent. in Ruth.

Fames verbi Dei, maxima calamitas. Bellarm. Conc. 1. super Psal. 90. & Pintus in Ezech. c. 36.

Familia.

Familia.

Familia quomodo sanctè instituenda, docebat pulchrè S. Elzearius Comes, de quo vide Cornelium A lapide in c.4. Exod.

Quænam familia sit felicissima. Idem in cap. 26. Leuit.

In qualibet familia, quantumuis sancta, inueniri semper aliquem vel aliquos peruersos, pulchrè docet August. epistola 137. ad Clerum & plebem Hipponensem. Verba eius præcipua, quia pulchra sunt, hîc subijciam: Quantumlibet, inquit, vigilet disciplina domus meæ, homo sum, & inter homines viuo; nec mihi arrogare audeo, vt domus mea melior sit quàm arca Noë, vbi tamen inter octo homines vnus reprobus inuentus est: aut melior sit quàm domus Abrahæ, vbi dictum est, Eijce ancillam & filium eius: aut melior sit quàm domus Isaac, cui de duobus geminis dictum est, Iacob dilexi, Esau autem odio habui: aut melior sit quàm domus ipsius Iacob, vbi lectum patris filius incæstauit: aut melior sit quàm domus ipsius Dauid, cuius filius cum sorore concubuit; cuius alter filius contra patris tam sanctam mansuetudinem rebellauit: aut melior quàm cohabitatio Pauli Apostoli, qui tamen, si inter bonos habitaret, non diceret, Foris pugnæ, intus timores; nec diceret, cùm de sanctitate & fide Timothei loqueretur, Neminem habeo qui germanè de vobis sollicitus sit; omnes enim sua quærunt, non quæ Christi Iesu: aut melior quàm ipsius cohabitatio Domini Christi, in qua vndecim boni perfidum & furem Iudam tolerauerunt: aut melior sit postremò quàm cælum, vnde Angeli ceciderunt. Sic Augustinus.

Familia quomodo curanda. Feuardentius in Ruth.

Familiaritas cum Deo.

Vide de hoc multa ex Scriptura & Patribus in Viridario Busæi, verbo Familiaritas.

Familiaritas iustorum amplectenda. Pintus in cap. 1. Ezech.

Familiaritas habenda cum sapientibus. Idem ibidem.

Familiaritas sceleratorum fugienda. Idem ibidem, & in cap. 44. & in c. 19. denique in c. 12.

De familiaritate nimia vide Panarium Busæi, eodem verbo.

Fatum.

Fatum non est. Pintus in Ezech. c. 18.

Fataliter omnia euenire, falsum est. Idem ibidem.

Fatalem necessitatem reijcit August. lib. 21. Sentent. sentent. 3.

De Fato scribit D. Thom. in Opusculis, Opusculo 23.

Festiuitas, Festus dies.

De Festis diebus à Christianis celebrandis, vide Bellarm. lib. 3. De cultu Sanctorum, à c. 10. in Controu.

De Festorum institutione, obseruatione, abusu, &c. vide copiosè Taillepied au Thresoir de l'Eglise, lib. 2. Vide eumdem ibidem singulariter c. 20. item A lapide in cap. 23. Leuitic. vbi docet, quomodo dies festi sint celebrandi.

De Festorum obseruatione & violatione vide eumdem in cap. 5 Deut.

Festorum violatores & in eis operantes à Deo puniti. Idem in cap. 15. Numer.

Quæ

Quæ ſit ratio celebrandi Feſta Sanctorum. Heſſel.in Decal.c.102.

Feſta Sanctorum quæ in Eccleſia celebrantur, addita breui expoſitiuncula, recenſet idem Auctor ibidem.

Feſta quæ in Eccleſia celebrantur de Chriſto, recenſet idem ibidem c.101.

Feſtorum obſeruatio recta quid requirat. Idem ibidem c.97.

Feſto die qui in peccatum incidit, non neceſſariò ſemper Feſtum violat. Idem ibidem.

Feſtis diebus ad quid teneamur. Idem ibidem cap.103.& ſequent.

De Feſtorum abuſu. Idem ibidem c.105.

In feſto Purificationis in Proceſſione cum candelis proceditur. Bern. ſer.2. De eadem ſolemnit.

In feſtiuitatibus quare cultiori habitu vtamur. Leo ſerm 3.De Quadrageſima.

In feſtiuitatibus Sanctorum tria nobis conſideranda ſunt, Sancti auxilium, eius exemplum, & noſtra confuſio. Bernar.in Vigilia Petri & Pauli. & Heſſel.in Decal.c.102.

Feſtorum religioſa obſeruatio. Staplet.Dom.16. poſt Pentec.text.4.

De Feſtorum vſu & abuſu, vide etiam Bellarm. Conc.6. in Dom.3. Aduentus.

Vide etiam Hoſium in explicat. Præcepti 3.Decalog.c.79. & Baium in Catechiſ.lib.4.c.87.

Fides.

Fides Chriſtiana tria potiſſimùm complectitur, cognitionem vnius Dei creatoris, cognitionem Mediatoris, & cognitionem domus eius quæ eſt Eccleſia. Heſſel.De officio pij viri.

Fides

Fides Dei donum eſt. Proſper lib.1. De vocat. Gent.c.23.& lib.2.c.27. Aug. Serm. 52.in nouis,& Heſſel.in Orat.Dominicam,c.29.

Fides nullis præcedentibus meritis datur,vt principium eſſe poſſit omnium meritorum. Proſper lib.1. De vocat. Gen. c. 24. Auguſt. epiſtola 105. & De prædeſt. Sanctorum,c.7.

Fides initium eſt iuſtitiæ, fundamentum ac radix. Auguſt.Ser.115.in nouis,& Heſſel.in Symb, cap.2.

In fide aliquando citra hæreſim erratur. Heſſel. De officio pij viri, cap.22.& 24.

Fides Romanæ Sedis indefectibilis eſt. Cypr. De hæret.ad Cornel. c.18.

Fides quorum miniſterio in Eccleſiâ cuſtodiatur. Heſſel.in Symb.c.66.

Fidei quæſtionibus & controuerſijs dirimendis non ſufficit ſola Scriptura. Idem ibidem, c.65.

Ad fidem & Chriſtum confitendum pulchra exhortatio apud Cypr.epiſtola 56. & Aug. Serm.107. in nouis.

Fides quantum proſit. Cypr. lib.3. ad Quirin. cap.42.

Fides, qua quis credat ſibi remiſſa eſſe peccata, non requiritur ad iuſtificationem. Heſſel.in Symb. cap.84.

Fides Mediatoris ſemper poſt lapſum hominem fuit neceſſaria.Heſſel.in Symb.c.83.

Aliter fides valet ad iuſtitiam,aliter opera. Idem in Decal.c.123.

Fides alia Sanctorum,alia dæmonum. Auguſt. Serm.52.& 126. in nouis.

Fides alia mortua,alia ficta;alia peruerſa, alia recta.

cta. Bernard.serm.10.in Cœna Domini,& episto-la 42. vbi fidem fictam exponit.

Fidei certitudine nemo scire potest in hac vita, peccatorum se habere remissionem. Hessel. in Symb. c.84.& 85.

Fidem negamus non tantùm lingua, sed & vita atq; operibus. Cypr. epist. 104. De dupl.martyr.

Fide Deum accedimus. August. lib.2. De consensu Euangelist c.20.& lib.33.contra Faust.c.8.

Fidem Deo numquam nimis citò quis adhibet. Bernard.epistola 190.

Fides latronis commendatur. August. Serm.68. in nouis.

Fides confessionem oris gignit. Idem ibidem Serm.111.

Fides primogenita Christianorum. Idem ibidem in explicat.decimi Præcepti.

Fidei commendatio, sine qua nihil boni esse potest,nec opera bona prosunt. Chrys.serm. De fide & lege naturæ, To.3.

Per fidem Christi mediatoris iustificati sunt etiam illi qui fuerunt ante Legem vel sub Lege. August.lib.10.De ciuit.c.25.& lib.18.c.47. & D.Leo serm.3.De natiuit.

Fidei Abrahæ commendatio. August.Serm.23. in nouis.

Fides à facto & dicto nomen habet. Idem ibidem Serm.36.

Quæ per se sunt vilia, fides efficit pretiosa. Leo serm.6.De Quadragesima.

Stultitia rei, decus est fidei; & quod Deo indignum est,mihi credere expedit, inquit Tertullian.

Dicit Fides, Parata sunt præmia; dicit Spes, Mihi illa

illa seruantur;dicit Charitas, Curro ad illa. Bern. serm. 5. in Psal. 9.

Posse habere fidem, naturæ est hominum; habere autem fidem gratiæ est fidelium. August. lib. De prædest. Sanctorum, cap. 5.

Fidem amas in seruo tuo, & Dominus tuus non quæret eam in suo? August. Serm. 32. in nouis.

Nemo credat de Christo, nisi quod de se credi voluit Christus. Idem Serm, 69. in nouis.

Quò persona vilior est ad prudentiam, eò pretiosior ad fidem. Ambros.

Manere apud nos debet fidei robur immobile, & stabilis atque inconcussa virtus, contra omnes incursus atque impetus oblatrantium fluctuum, velut petræ obiacentis fortitudine ac mole debet obsistere. Cypr. lib. 1. epistola 3.

Parum est, adipisci aliquid potuisse; plus est, quod adeptum est, posse seruare: sicuti & fides ipsa & natiuitas salutaris non accepta sed custodita viuificat: nec statim consecutio, sed consummatio hominem Deo seruat. Idem ibidem epistola 4.

Verè impius atque sacrilegus est, qui post tot Sacerdotum sententiam, opinioni suæ aliquid tractandum relinquit. Extremæ quippe dementiæ est, in medio atque perspicuo die, commentitium lumen inquirere. Quisquis enim post veritatem repertam aliquid vlteriùs discutit, mendacium quærit. In Synod. Chalced. Act. 3.

Discernenda est fides Christianorum à fide dæmonum, inquit August. Fides enim nostra mundat cor, fides autem illorum reos facit. Malè quippe operantur, & ideò Domino dicunt, Quid nobis & tibi est? Cùm audis, hoc dæmones dicere, putas eos

eos non agnoſcere? Scimus (inquiunt) qui ſis. Tu es Filius Dei. Dicit hoc Petrus, & laudatur: dicit hoc dæmon, & damnatur. Vnde hoc? niſi quia vox par,& cor impar. Serm.126.in nouis.

Cùm credimus,ait Tertullianus, nihil deſideramus vltrà ſcire. Cedat curioſitas fidei,cedat gloria ſaluti. Certè aut non obſtrepant,aut quieſcant. Aduerſus regulam nihil ſcire, omnia ſcire eſt. De præſcript.

Ego fidelis factus ſum, ait Auguſt. Credo quod neſcio,& propterea ſcio, quia me ſcio neſcire quod neſcio. Serm.1.De Trinit.

Qui in Euangelio quod volunt credunt, quod volunt non credunt, ſibi potiùs quàm Euangelio credunt. Idem lib.17.contra Fauſtum,c.3.

Chriſtus Dominus veram adferens medicinam quæ corruptos hominum mores ſanatura erat, hoc ordine eſt progreſſus, vt miraculis conciliaret auctoritatem, auctoritate mereretur fidem, fide contraheret multitudinem, multitudine obtineret vetuſtatem, vetuſtate roboraret religionem. Idem De vtilit. credendi, c.4.

Non in ſolo opere virtutum, nec in ſola obſeruantia mandatorum, anguſta & ardua eſt via quæ ducit ad vitam,ſed etiam in tramite fidei. Neque enim parui laboris eſt paruique diſcriminis, inter dubias imperitorum opiniones & veriſimiles falſitates, per vnam ſanæ doctrinæ ſemitam inoffenſis greſſibus ambulare;& cùm vndique laquei erroreſque ſe opponant,omne deceptionis periculum euadere. D. Leo ſerm.5.De natiuit.

Difficile eſt vt malè viuat qui benè credit. Auguſt. Serm.36.in nouis.

Sciens

Sciens diabolus,ait idem Leo, Deum non solùm verbis, sed etiam factis negari, multis, quibus auferre non potuit fidem, sustulit charitatem; & agro cordis ipsorum auaritiæ radicibus occupato, spoliauit fructu operum,quos non priuauit confessione labiorum. Serm.4. De collect.

Encomia Fidei vide apud Cornelium A lapide in c.26.Exod.

Fidei initium non esse à nobis, sed à Deo. Aug. De prædest.Sanctorum, c. 2.

Fidei reddendam à fidelibus rationem ad eam defendendam. Belliol.lib.2.De fide, c.6.

Quomodo multa mirabilia fiant quæ non capimus vel intelligimus. Chrys.serm. De ieiunijs & lect. Genes. Tom.1.

De Fide in ChristoHomiliam habet idem Chrysost.Tom.3.

Nulla Dei regno infirma est ætas, nec fides grauatur annis. Ambros.in cap.15.Lucæ.

De Fidei & charitatis nexu, vide Belliol. lib.3. De fide,cap.9.

Fidem tamen à charitate posse disiungi, probat idem per multa cap. lib.3.

Fides nostra non est noua, sed hæreticorum. A lapide in cap.32.Deuter.

Pulchrè quidam canit:

> Vna fides cùm sit, quam nos docuere parentes,
> Cur nunc tot fidibus luditur vna fides?

De Fide lege lib. Belliol. De fide,spe, & charitate,& Malderi Episcopi Antuerp.de eadem materia.

Plura vide de Fide Christiana in Viridario Busæi, verbo Fides Catholica.

Præter

Præter vnam Catholicam fidem non esse salutem, lege Orat. 6. Theol. Guilielmi Estij.

Fideles.

Fideles cælestia tantùm cogitare, nec ad sæculum, cui iam renuntiarunt, attendere debent. Cypr. lib. 3. ad Quirin. c. 11.

Fideles bonos & iustos quosque plus laborare & tolerare debere, qui hîc probantur. Idem ibidem cap. 6.

Fideles iam renati laborare debent vt gratiam acceptam non perdant, sed operibus perficiant. Idem ibidem cap. 25. 26. & 27.

Fideles oues Christi in pastore suo Christo meritò securi sunt. Augustinus Sermone 82. in nouis.

Fideles multi quomodo factis fidem negent. Bellarm. Conc. 1. De lumine fidei, circa finem.

Fides coniugalis.

Fidei coniugalis exempla vide apud Cornelium A lapide in cap. 12. Leuitic.

Fiducia in Deum.

Fiducia omnis in Deo ponenda. Cypr. lib. 3. ad Quirin. c. 10. Et præsertim in periculo vitæ. Idem epistola 104. De dupl. martyr.

Fiduciam nimiam in peracta benè vita constituere non oportet. Chrysost. Hom. 77. ad pop. Antioch.

Fiducia in Deum circa difficultates. Stapl. Dom. Quinquages. text. 3.

Fiducia in Deum circa eius prouidentiam. Idem in Domin. Paschæ, text. 4. & Dom. 1. post Pascha, text. 1. & Dom. Pentec. text. 6.

Fiducia in Deum circa eius misericordiam & bonitatem.

nitatem. Idem Dom.4. post Epiph. text.4. & Dom.4. Quadragef. text.1.

De Fiducia in Deum & diffidentia sui, vide Cornelium A lapide in c.8.Deut.

De malo diffidentiæ vide Granatensem Conc.2. super Dom.14.post Pentec. & Stapl.Dom.4. Quadragef.text.2.

Fiducia præpostera. Idem Dom.6. post Pentec. text.4.& Dom.23.post Pentec.text.4.

Filius Dei, Filij, Filiæ.

In Filio est sine matre Deitas,& sine patre humanitas. Simul enim per Spiritum sanctum fecundata virginitas sine corruptionis vestigio edidit & sui generis sobolem, & suæ stirpis auctorem. Leo serm.8. De natiuit.

Si naturâ Filius Dei, misericordiâ factus est filius hominis, propter filios hominum; quantò credibilius est naturâ filios hominum gratiâ fieri filios Dei? Aug.lib.13.De ciuit.cap.10.

Sicut solus ideò factus est hominis filius, vt nos per illum fieremus filij Dei; ita solus pro nobis suscepit sine malis meritis pœnam, vt nos per illum sine bonis meritis consequeremur gratiam: quia sicuti nobis non debebatur aliquid boni, ita nec illi aliquid mali. August.lib.4.ad Bonifac.c.4.

Filius Dei, Verbum Patris æternum. August. lib.11.Confess.c.7.

Filius principium dicitur.Idem lib.13.Conf.c.5.

Aliter Christus dicitur Filius Dei, aliter nos filij Dei. Idem lib.2.De peccat.mer. c.24.

Filij Dei vocantur quidam propter præsentem iustitiam, quidam propter æternam Dei prædestinationem. Idem lib. De corrept. cap.9.

Propriè

Propriè tamen filij Dei dicuntur prædestinati. Idem ibidem.

Filij Dei iam dicimur in spe. Idem lib.2. De peccat.mer.c.8.

Cur aliqui dicantur filij gehennæ, aliqui filij adoptionis. Idem Enchirid.c.39.

Filij à sanctis parentibus nati cur baptizentur. Idem lib.2. De peccat.mer. c.25. & lib.1. De nupt. c.19. & serm.14. De verbis Apostoli.

Filij parentibus obediant, exemplo Christi. Idem Serm.59.in nouis.

De filiorum erga parentes suos officio vide Monita sacra Adriani Mangotij Part.2. Mo.57. & 58. & Feuardent. in Ruth.

Filij parentes percutientes, grauissimè puniuntur. August.Serm.91.in nouis.

De filiabus earumque moribus vide Besse super Dom.23.post Pentec.

Finis.

In quali fide & opere vnumquemque hominem vitæ humanæ inuenerit finis, talis ei retributio dabitur cuius non erit finis. Fulg. lib.2. De peccat. remiss. c.22.

Cuius finis bonus est,ipsum est bonum. Feuardent.in Ruth.

Fines agrorum transferentes, quàm scelerati. Idem ibidem.

Finis omnibus in rebus Christus est. Stella in Luc.To.2.

Finis huius vitæ subitò venturus est. Idem ibid.

Fœmina.

De vitandis fœminis, vide Cornelium À lapide in cap.25.Num.

Fœminis non cohabitent Regulares. Chryſ. To. 5. Vide eumdem de concubinarijs. ibidem.

Nociuum genus eſt fœmina, ianua diaboli, via iniquitatis, percuſſio ſcorpionis: flammigero igne percutit cùm proximat: ſtipula ignem accendit. Baſil. in Conſtit. monaſt. c. 4.

Crede mihi, inquit Auguſt. expertus loquor: ex familiaritate fœminarum multos cedros cognoui cecidiſſe, de quorum lapſu nō magis ſuſpicabar quàm de Hieronymi vel Ambroſij. De ſingular. Cleric.

Fecit Deus viro in adiutorium fœminam, non ad carnalem concupiſcentiam, ſed vt haberet & vir gloriam de fœmina cùm ei præiret ad Dominum, ſeque ei præberet imitandum in ſanctitate & pietate, ſicut ipſe erat gloria Dei, cùm eius ſequeretur ſapientiam. Auguſt. De catechizandis rudibus, c. 18.

Cum fœminis ſemper eſſe, & non cognoſcere fœminam, plus eſt quàm mortuum ſuſcitare. Bernard. ſerm. 65. in Cant.

Lege Orationem Boſſemij De cohabit. fœmin. cum Clericis. & Cuyckium in Speculo concubin.

Fœnus.

Non fœnerandum proximo. Cyprian. lib. 3. ad Quirin. c. 48.

De fœnere vide infrà, verbo Vſura.

Fons.

Ex fonte meliùs hauritur. Auguſt. lib. 12. Confeſſ. c. 27.

De varijs & mirabilibus Fontibus, vide Petrum Muranum au liure De l'arbre de la vie.

Quomodo Euchariſtia comparetur fonti qui egrediebatur de loco voluptatis, vide eumdem ibidem Serm. 6.

Fornicatio.

Fornicatio.

Fornicationis peccatum admodum graue. August. in Sermon. nouis.

Fornicatio ſimplex peccatum mortale. Heſſel. in Decal. c. 179.

Eius pœna, & punitio. Idem ibidem c. 187.

Filij ex fornicatione nati, ſequenti matrimonio legitimantur, non ſic illi qui ex adulterio naſcuntur. Idem ibidem c. 178.

Fornicatio eſt duplex. Feliſius in Decal.

Fornicatio ſpiritualis eſt, qua Deo non adhæretur. Auguſt. in Serm. nouis. & Heſſel. in Decal. c. 66.

Fornicatio ne quidem nominari à Chriſtianis deberet. Feuardent. in Ruth.

De Fornicatione vide etiam Baïum lib. 3. Inſtit. Relig. Chriſt. c. 77. & ſequent.

Fortitudo, Fortis.

Chriſtus eſt fortis & infirmus, ait D. Auguſtinus. Fortis, quia in principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Vis videre quàm ſit fortis? Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, & ſine labore facta ſunt. Quid ergo illo fortius, per quem ſine labore facta ſunt omnia? Infirmum vis noſſe? Verbum caro factum eſt, &c. Fortitudo Chriſti te creauit, infirmitas Chriſti te recreauit. Fortitudo Chriſti fecit vt quod non erat, eſſet; infirmitas Chriſti fecit, vt quod erat, non periret. Condidit nos fortitudine ſua, quæſiuit nos infirmitate ſua. In cap. 4. Ioannis.

De Fortitudine Ducum & militum, exempla vide apud Cornelium A lapide in c. 49. Geneſ.

De Fortitudine animi, Stapleton. Dom. 2.

 Aduen-

Aduentus, text.9. Dom. Quinquages. text. 3. & 4. Dom. Pasch. tom.4. Dom.4. post Pasch. text.1. & Dom.Pentec. text.6.

Fortitudo Pastoris, Prælati, Doctoris, Iudicis. Idem Dom.22.post Pentec.text.4.

De Fortitudine, multa ex Scriptura & SS.Patribus vide in Viridario, verbo Fortitudo.

Fortuna.

De Fortuna, fortunatis, & infortunatis, vide Cornelium A lapide in cap.30.Genes.

Fortuna vitrea est (ait quidam) dum splendet, frangitur.

De Fortuna vide Boëtium lib.2. De Consolat. Philosophiæ, prosa 1.& 2.& metro 1.

Fortunæ liber superstitiosus. Ioannes Dauid in Orbita probitatis, c.2.

Fratres.

Fratres Christi sumus non naturâ sed gratiâ. August. Serm.78.in nouis.

Fratrum necessitates Christo commendandæ. Staplet.Dom.2 post Epiph.text.1. & Dom.9. post Pentec. t.1. Dom.11. post Pentec. t.1. & Dom.18. post Pentec.t.1.

Fraterna charitas. Idem Dom.21.post Pent.t.8.

Fucus, Fucata facies.

Acriter redarguit Cyprianus fœminas & puellas quæ nescio quo artificiali colore faciem exornant, superfluaque ornamenta curiosè adhibent. Non metuis, inquit, oro, quæ talis es, ne cùm dies resurrectionis venerit, artifex tuus te non recognoscat? ad sua præmia & promissa venientem remoueat & excludat? Dicatque vigore censoris & Iudicis increpans: Opus hoc meum non est, neque hęc imago nostra

nostra est. Cutem falso medicamine polluisti, crinem adultero colore mutasti. Expugnata est mendacio facies, figura corrupta est, vultus alienus est, Deum videre non poteris, cùm oculi tibi non sint quos Deus fecit, sed quos diabolus infecit. Illum tu sectata es, rutilos atque depictos oculos serpentis imitata es, de inimico tuo compta, cum illo pariter arsura. Sic ille lib. De habitu virg.

Funus.

Curatio Funeris, conditio sepulturæ, pompa exequiarum, magis sunt viuorum solatia quàm mortuorum subsidia. August. lib. 1. De ciuit. c. 12. Vide ea quæ sequuntur.

Lege Augustinum De cura pro mortuis habenda.

Vide suprà verbo Exequiæ. & infrà verbo Sepultura.

Furtum.

De Furto vide Hessel. in Decalog. c. 196. & sequent. & A lapide in cap. 22. Exod. & in cap. 11. Leuit.

Vide etiam Felisium in Decal. & Baïum lib. 3. institut. Reig. Christ. c. 80.

Futura.

Futura prædicere quomodo possimus. August. lib. 11. Confess. c. 18. & 19.

G.

Garrulitas.

De Garrulitate multa & pulchra Apophthegmata vide apud Cornelium A lapide in c. 15. Leuit.

Gaudium cæleste & spirituale.

De gaudio cælesti lege Bellarm. in Conc. De quarto nouissimo, & lib. De felicitate Sanctorum. Item eumdem l.2. De arte benè moriendi c.4. Item Lessium De summo bono. Item Dionys. Carth. De quarto nouiss. & Costerum de eodem. Vide etiam A lapide in c.25. Leuit.

Tanta est ibi pulchritudo iustitiæ, inquit August. tanta iucunditas societatis Angelicæ & Sanctorum omnium, tanta voluptas quæ prouenit ex contemplatione lucis æternæ, tanta gratia Christi, sedentis in dextera diuinæ gloriæ, vt etiamsi non liceret in perceptione horum ampliùs quàm vnius diei mora manere, propter hoc solum innumerabiles anni vitæ huius pleni delicijs & circumfluentia omnium temporalium bonorum rectè meritoque contemnerentur. Non enim paruo aut falso affectu dictum est: Melior est dies vna in atrijs tuis, &c. Lb.3. De lib. arb. in fine.

Si consideramus, fratres charissimi, inqut D. Gregorius, quæ & quanta sint quæ nobis promittuntur in cælis, vilescunt animo omnia quæ habentur in terris. Terrena namque substantia supernæ felicitati comparata, pondus est, nō subsidium. Temporalis vita æternæ vitæ comparata, mors est potiùs dicenda quàm vita. Ipse enim quotidianus defectus corruptionis quid est aliud quàm quædam prolixitas mortis? Quæ autem lingua dicere, vel quis intellectus capere sufficit illa supernæ ciuitatis quanta sint gaudia? Angelorum choris interesse, cum beatissimis spiritibus gloriæ Conditoris assistere, præsentem Dei vultum cernere, incircumscriptum lumen videre, nullo mortis metu affici, incorruptionis perpetuæ

petuæ munere lætari? Homilia 37. in Euangel.

Illud solum & verum est gaudium, inquit Bernardus, quod non de creatura, sed de Creatore concipitur, & quod cùm possederis, nemo tollet à te. Cui comparata omnis aliunde iucunditas, mœror est, omnis suauitas dolor est, omne dulce amarum, omne decorum fœdum, omne delectabile molestum. Epistola 114.

Vide Chrysost. Homil. 16. ad pop. Antioch.

De Gaudio spirituali & interno conscientiæ, vide Cornelium A lapide in cap. 12. Deut.

Non posse hominem pariter secundùm Deum & secundùm mundum gaudere. Chrysost. Homilia 53. ad pop. Antioch.

De Gaudiis æternis vide etiam Stapleton. in Dom. 2. post Pentec. text. 1. & Dom. Septuages. text. 7. & Dom. 2. Quadrages. text. 2.

De Gaudio spirituali vide multa ex Scriptura & S S. Patribus in Viridario, verbo Gaudium spirituale.

Gaudium omnes quærunt & cupiunt, & propter hoc omnia faciunt, sed non tamen omnes assequuntur. Chrysostomus Homilia 18. ad pop. Antioch.

Gaudium in Domino nullus impedire aut auferre potest. Idem ibidem.

De Gaudio cælesti vide etiam Besse, & Osorium in Conc. De quarto nouissimo.

Gehenna.

De Gehennæ pœnis Bellar. Conc. De tertio nouissimo, & lib. 2. De gemitu columbæ, cap. 2. & lib. 2. De arte benè moriendi, cap. 3. Item Lessius fusè & doctè lib. 13. De perfect. diuin. à cap. 24.

Item Oſorius, Coſterus, Beſſe, & Dionyſ. Carthuſ. in ſermonibus De quarto nouiſſ.

De gehenna, an ſit, & vbi ſit, vide Chryſ. Tom. 3. in ſerm. De præmiis Sanctorum.

De iis qui nolunt credere gehennam & pœnas gehennæ, vide eumdem Homil. 49. & 50. ad pop. Antioch.

Vita gehennæ, ait Auguſtinus, potiùs mors eſt dicenda quàm vita. nulla quippe maior & peior eſt mors, quàm vbi non moritur mors. Lib. 6. De ciuit. Dei, cap. 12.

Noſtra nihil intereſt, ait Cyprianus, aut à quo aut quando perimamur, mortis & ſanguinis præmium à Domino recepturi. Illorum flenda & lamentanda conditio eſt, quos ſic diabolus excæcat, vt æterna gehennæ ſupplicia non cogitantes, Antichriſti iam propinquantis aduentum conentur imitari. Lib. 1. epiſtola 3.

Gehennæ deſcriptio apud Cypr. ep. 69. poſt med.

Gemma.

Chriſtus quomodo comparetur duodecim gemmis, vide Cornelium A lapide in c. 28. Exod.

Genethliaci.

Genethliaci ex conſtellationibus futuras hominum actiones diuinantes redarguuntur. Auguſt. lib. 83. Q. Q. quæſt. 45.

De Genethliacorum diuinatione. Heſſel. in Decalog. cap. 55.

Genethliacorum vana ſcientia. Auguſtin. lib. 5. De ciuit. cap. 2. 3. 4. & ſequent.

Genethliacos iterùm reprehendit Auguſtinus lib. 1. ad Simplician. quæſt. 2. Tom. 4. & lib. 2. De doctr. Chriſt. cap. 22.

Cur

Cur secundùm Genethliacorum prædictionem multa Deus euenire permittat. Idem ibidem cap. 23.

Gentes.

Gentium vocatio promittitur. August. lib. 16. De ciuit. cap. 26.

Gentium vocatio prædicitur. Idem lib. 18. De ciuit. cap. 28.

De vocatione Gentium lege Prosp. de eadem re. Vide etiam Bellarm. Conc. super Epiphan. Domini. & Feuardent. in Ruth.

De Gentium idolis quæ deos putabant. Cyprianus lib. 3. ad Quirin. cap. 59.

De Gentium conuersione testimonia plurima colligit Prosper lib. 2. De vocat. Gent. cap. 18. & Cypr. lib. 1. ad Quirin. cap. 20. & sequent.

Gentibus prioribus sæculis gratia Christi abscondita fuit, non tamen omnibus. Prosper suprà.

Gentilium deos homines fuisse. August. lib. 1. De consensu Euang. cap. 23.

Genua.

Tangere Genua, priscis fuit signum adorationis & reuerentiæ. A lapide in cap. 4. Exod.

Gloria humana vana.

Cur omnes pænè mortales laudis & gloriæ cupiditate tangantur & incitentur, vide tres rationes apud Lessium De immortal. animorum, ratione 17. §. 38.

De vana gloria, & ostentatione boni operis studiosè fugiendis, vide copiosè apud Stapleton. in Prompt. mor. Domin. 3. post Epiphan. text. 3. & Chrysost. Homil. 43. ad pop. Ant.

De inanis gloriæ cupiditate vide eumdem To. 5.

Qui

Qui gloriam humanam desiderant, diuina prorsus frustrantur, ait Chrysost. Qui diuinam sectantur, continuò neque hac priuantur. Homilia 24. in Genes.

Vix inuenitur, ait Cicero, qui non quasi mercedem rerum gestarum desideret gloriam. In Officiis.

De Gloria vana vide multa ex Scriptura & Patribus in Panario Busæi, verbo Gloria vana.

Gloria huius mundi citò transit & euanescit. Bern. serm. 1. Dom. in ramis palm. & 2. in initio.

Gloriandum in nullo, nisi in solo Deo, & in eo fidendum. Cyprian. lib. 3. ad Quirinum, cap. 4. 5. 10. 40. & 51.

Gloria cælestis.

Gloriam supernæ ciuitatis Ierusalem pulchrè describit Augustinus in Meditat. cap. 21. & 24. vbi etiam habet pulchrum Hymnum.

Gloria Domini, inquit Cyrillus, obscurat omne verbum humanum. Nulla namque verborum vis tanta est, vt exquisitè ineffabilem gloriam possit exprimere. Non debemus igitur verborum humilitate turbari, cùm sciamus, pieque credamus, omne mentis acumen in exponenda re diuina hebescere. Lib. 1. in Ioannem, cap. 5.

Vide plura suprà verbo Gaudium cæleste.

Glorificatio.

Glorificatur Deus per bonam nostram vitam. Cypr. epistola 104. De dupl. martyrio.

Glorificatur etiam Deus confessione peccatorum nostrorum. Idem ibidem, ante med.

Grando.

Exempla magnæ & terribilis grandinis refert Cornelius A lapide in cap. 9. Exod.

De

De grandine infernali, ibidem.

Gratia.

Gratia variis modis aliquid dicitur, Hesselius in Orat. Domin. cap. 36.

Gratia Spiritus sancti aliquando per aquam, aliquando per ignem significatur. August. quæst. 36. in Iudicum.

Gratia Dei ad impletionem præceptorum necessaria. August. quæst. 105. super Exod.

Sine gratia Dei nihil boni potest homo agere. August. Serm. 121. in nouis. & Hesselius in Orat. Domin. cap. 28. 29. & 30.

Gratia Dei in omni opere bono necessaria. Prosper lib. 1. De vocat. Gent. cap. 24. & in epistola ad Demetriad. circa med.

Gratia Dei in nobis præuenit omnia bona merita. Idem ibidem cap. 18. & sequent. & lib. 2. cap. 8. Gratia, inquit, datur sine merito, vt tendat ad meritum.

Gratia Dei præstat non solùm possibilitatem boni operis, sed etiam ipsum facere. Hessel. in Orat. Domin. cap. 34.

Gratia Dei ad singulos actus bonos est necessaria. Idem ibidem cap. 32. & 33.

Gratiæ mensuram non omnibus eadem datur. Prosper lib. 2. De vocat. Gent. cap. 6.

Nec hoc ex merito, sed iusto & latente Dei iudicio. Idem ibidem, cap. 32.

Gratia Dei cur quibusdam detur, aliis non detur, inscrutabilis est iudicij diuini. Idem lib. 1. De vocat. Gent. cap. 21. & 22.

Nec quisquam hac in re, de iustissimo Dei iudicio cōqueri potest. Idem lib. 2. De vocat. Gent. c. 21.

Gra-

Gratia Dei cur succedentibus sæculis maior data fuerit, non scrutandum. Idem ibidem, cap. 9.

Gratia & misericordia Dei nullis sæculis hominibus defuit. Idem ibidem cap. 10. & sequentibus multis.

Gratia & liberalitas diuina paulatim erga homines magis ac magis abundauit. Idem ibidem c. 11. & Hessel. in Decal. c. 37.

Gratia datur electis non vt otientur, vel à nullo hoste impetantur, sed vt benè operentur & vincant. Idem ibidem cap. 32.

Gratia Dei violenta non est, quæ non inuitum sed volentem iustificat. Prosper lib. 2. De vocat. Gent. cap. 26.

Gratia Christi naturam non euertit, sed sanat. Hessel. in Decal. cap. 27. & in Orat. Dominic. cap. 37.

Gratiæ Dei adscribendum, quòd à multis peccatis homo præseruetur. Aug. Serm. 114. in nouis.

Gratia & liberum arbitrium simul in omni opere concurrere debent. August. in nouis. & Hesselius in Orat. Domin. cap. 37.

Gratiæ Dei est agnoscere à quo gratiam acceperis. August. Serm. 120. in nouis.

Id non agnoscentes, gratiam perdunt. Bernard. serm. 74. in Cant.

Gratia Christi est, non tantùm qua facienda nouimus, sed maximè qua adiuuamur vt faciamus, & cognita diligamus. August. lib. De gratia Christi, cap. 10. & lib. De corrept. cap. 2.

De Gratia lege August. lib. De gratia Christi, & De gratia & lib. arb. item Lessium De gratia efficaci; item Bellarm. in Controuers. De gratia.

item

item Iacobum Baïum lib. Instit. Relig. Christ. à cap. 101. per sequent.

Quæ sit differentia inter gratiam primo homini ante lapsum concessam, & eam quæ nunc datur iniustis & impiis, vide August. De corr. & gratia, cap. 11. & 12.

Gratiæ tuæ deputo, & misericordiæ tuæ, inquit Augustinus, quòd peccata mea tamquam glaciem soluisti. Gratiæ tuæ deputo & quæcumque non feci mala. Quid enim non facere potui, qui etiam gratuitum facinus amaui? Et omnia mihi esse dimissa fateor, & quæ mea sponte feci mala, & quæ te duce non feci? Lib. 2. Confess. cap. 7.

Ibidem eodem cap. subiungit in hunc modum: Quis est hominum, qui suam cogitans infirmitatem, audeat viribus suis tribuere castitatem atque innocētiam suam, vt minùs amet te, quasi minùs ei necessaria fuerit misericordia, qua donas peccata conuersis ad te? Qui enim vocatus à te secutus est vocem tuam, & vitauit ea quæ me de meipso recordantem & fatentem legit, non me derideat ab eo medico ægrum sanari, à quo sibi præstitum est vt non ægrotaret, vel potiùs vt minùs ægrotaret. Et ideo te tantundem imò verò ampliùs diligat: quia per quem me videt tantis peccatorum meorum languoribus exui, per eum se videt tantis peccatorum languoribus non implicari. Sic ille.

Necessarium est homini, ait idem Augustinus, vt gratia Dei non solùm iustificetur impius, sed etiam cùm fuerit iam iustificatus ex fide, ambulet cum illo gratia, & incumbat super ipsam ne cadat. De gratia & lib. arb. cap. 6.

O homo, ait iterùm Augustinus, si accepturus es

Gratia Dei cur succedentibus sæculis maior data fuerit, non scrutandum. Idem ibidem, cap. 9.

Gratia & misericordia Dei nullis sæculis hominibus defuit. Idem ibidem cap. 10. & sequentibus multis.

Gratia & liberalitas diuina paulatim erga homines magis ac magis abundauit. Idem ibidem c. 11. & Hessel. in Decal. c. 37.

Gratia datur electis non vt otientur, vel à nullo hoste impetantur, sed vt benè operentur & vincant. Idem ibidem cap. 32.

Gratia Dei violenta non est, quæ non inuitum sed volentem iustificat. Prosper lib. 2. De vocat. Gent. cap. 26.

Gratia Christi naturam non euertit, sed sanat. Hessel. in Decal. cap. 27. & in Orat. Dominic. cap. 37.

Gratiæ Dei adscribendum, quòd à multis peccatis homo præseruetur. Aug. Serm. 114. in nouis.

Gratia & liberum arbitrium simul in omni opere concurrere debent. August. in nouis. & Hesselius in Orat. Domin. cap. 37.

Gratiæ Dei est agnoscere à quo gratiam acceperis. August. Serm. 120. in nouis.

Id non agnoscentes, gratiam perdunt. Bernard. serm. 74. in Cant.

Gratia Christi est, non tantùm qua facienda nouimus, sed maximè qua adiuuamur vt faciamus, & cognita diligamus. August. lib. De gratia Christi, cap. 10. & lib. De corrept. cap. 2.

De Gratia lege August. lib. De gratia Christi, & De gratia & lib. arb. item Lessium De gratia efficaci; item Bellarm. in Controuers. De gratia.

item

item Iacobum Baïum lib. Instit. Relig. Christ. à cap. 101. per sequent.

Quæ sit differentia inter gratiam primo homini ante lapsum concessam, & eam quæ nunc datur iniustis & impiis, vide August. De corr. & gratia, cap. 11. & 12.

Gratiæ tuæ deputo, & misericordiæ tuæ, inquit Augustinus, quòd peccata mea tamquam glaciem soluisti. Gratiæ tuæ deputo & quæcumque non feci mala. Quid enim non facere potui, qui etiam gratuitum facinus amaui? Et omnia mihi esse dimissa fateor, & quæ mea sponte feci mala, & quæ te duce non feci? Lib. 2. Confess. cap. 7.

Ibidem eodem cap. subiungit in hunc modum: Quis est hominum, qui suam cogitans infirmitatem, audeat viribus suis tribuere castitatem atque innocẽtiam suam, vt minùs amet te, quasi minùs ei necessaria fuerit misericordia, qua donas peccata conuersis ad te? Qui enim vocatus à te secutus est vocem tuam, & vitauit ea quæ me de meipso recordantem & fatentem legit, non me derideat ab eo medico ægrum sanari, à quo sibi præstitum est vt non ægrotaret, vel potiùs vt minùs ægrotaret. Et ideo te tantundem imò verò ampliùs diligat: quia per quem me videt tantis peccatorum meorum languoribus exui, per eum se videt tantis peccatorum languoribus non implicari. Sic ille.

Necessarium est homini, ait idem Augustinus, vt gratia Dei non solùm iustificetur impius, sed etiam cùm fuerit iam iustificatus ex fide, ambulet cum illo gratia, & incumbat super ipsam ne cadat. De gratia & lib. arb. cap. 6.

O homo, ait iterùm Augustinus, si accepturus es

es vitam æternam, iustitiæ quidem stipendium est, sed tibi gratia est, cui gratia est & ipsa iustitia. Tibi enim tamquam debita redderetur, si ex te tibi esset iustitia, cui debetur. Epistola 105.

Gratia Christi non est communis bonis & malis, sed bonos descernit à malis. Idem lib. De Prædest. Sanctorum, cap. 5.

Ibi est grata indulgentia, vbi iusta possit esse vindicta. Idem epistola 106.

Velle & currere meum est (ait Hieronymus) sed ipsum meum, sine Dei auxilio (id est gratia) meum non erit. Epistola ad Ctesiph.

Quibus nunc deest adiutorium, pœna peccati est: quibus autem datur, secundùm gratiam datur. August. De corrept. & gratia cap. 11.

Quibus Deus non impartitur gratiam, digni non sunt; imò vt non impartiatur, hoc merentur, hoc digni sunt. Idem epistola ad Sixt.

Vt nullum tempus, ita nec vllus locus diuinis vacat muneribus. Quòd enim sumus, quòd viuimus, quòd cælum terramque conspicimus, quòd habemus mentem atque rationem qua eum ipsum, qui hæc condidit, inquiramus, gratiæ Dei iustè imputamus. Idem lib. 7. De ciuit. cap. 31.

Non debita sed gratuita bonitate tunc se quisque agnoscit erutum malis, cùm ab eorum hominum consortio fit immunis, cum quibus illi iusta pœna esset communis. Idem lib. 14. De ciuit. cap. 26.

Multa Deus facit in homine bona, quæ non facit homo: nulla verò facit homo quæ non facit Deus vt faciat homo. Idem lib. 2. ad Bonifac. cap. 8.

Vt Paulus de cælo vocaretur, & tam magna & effica-

efficacissima vocatione conuerteretur, gratia Dei erat sola; quia merita eius erant magna, sed mala. Idem De gratia & lib. arb. cap. 5.

Eadem gratiâ fit ab initio fidei suæ homo quicumque Christianus, qua gratia ab initio suo homo ille factus est Christus: de ipso spiritu & hic renatus, de quo est ille natus. Eodem spiritu fit in nobis remissio peccatorum, quo spiritu factum est, vt nullum haberet ipse peccatum. Idem De prædest. Sanctorum cap. 15.

Lex iubet, gratia quod iubet perficit. Lex data est vt gratia quæreretur; gratia autem data est, vt lex impleretur. Idem in Præfat. Epistolæ ad Galat.

Plura recuperauimus per Christi gratiam, quàm per diaboli amiseramus inuidiam. Leo serm. De Ascensione.

De abundantia & exuberantia gratiæ Dei, vide (si placet) libellum nostrum De iubileo vet. & nouo.

Gratiarum actio.

De Gratiarum actione etiam in aduersis rebus, vide pulchrè Chrysost. serm. 19. in cap. 5. Ephes. item serm. 2. in cap. 1. Rom.

De modo gratiarum actionis vide eumd. Homilia 57. ad pop. Antioch.

Gratias Deo agendas non solùm verbis, sed etiam operibus, vide eumd. Tom. 5.

Thomas Kempensis de quatuor donis sibi potissimùm fuit gratulatus, de iisque gratias summas egit Deo. Primum erat, quòd inter Christianos natus, & Christianis sacris à primordio vitæ esset initiatus. Secundum, quòd à Christianis parentibus esset natus, iisque piis ac modicis. Tertium, quòd

contigisset adolescentiam suam ab optimis Magistris imbui. Quartum, quòd monasticam vitam inter viros religiosissimos ageret; prout illa prosequitur admodum vtiliter Adrianus Mangot. 3. Part. Monit.sac.Mon.103.

Plato agebat gratias naturæ siue Deo naturæ de quinque rebus. Vide Cornelium A lapide in cap.9. Genes.

De Gratiarum actione vide eumd. in cap. 26. Deuter.

Gratiarum actio, seu Deo gratias, elidit omnes tentationes: estque singulare contra eas remedium. Idem in cap.14. Exod.

Vtamur optimè diuinis beneficiis, inquit Isidorus, quatenus & Deum non pœniteat dedisse, & nobis vtile sit accepisse. Lib. 2. De summo bono, cap.5.

Plura meretur accipere, inquit Cyprian. qui de acceptis gratus inuenitur extitisse. Expos. in Orat. Domin.

Nihil melius gerimus animo, nihil melius promimus verbo, nihil melius explanamus calamo, quàm gratias Deo. hoc nil dici breuius, nec audiri lætius, nec intelligi gratiùs, nec agi fructuosius potest. Augustinus epistola 5. ad Marcell. & epistola 77.

Cessat diuinæ gratiæ ad nos decursus, vbi non est reciprocus ex parte nostra gratiarum recursus. Sicut flumina in mare reuertuntur omnia, vnde primùm fluxerunt, vt iterùm fluant. Bernardus serm.1. in capite Ieiunij.

Optimus ordo incepti & sermonis & negotij est, à Deo incipere, & in Deum desinere, vt Deo canamus:

mus: A te principium, tibi desinet. Gregorius Nazianzenus in Apolog.

Gratiarum actionem debet homo Deo pluribus ex causis. Hessel.in Decal.cap.93.

Gratiarum actio est pro beneficiis acceptis. Augustinus lib. De prædest. Sanctorum, cap.19.& De dono perseuer. cap.2.

De gratitudine erga Dei beneficia vide Stapletonum Dominica 12. post Pentecosten, text. 1. & Dominica 13. post Pentecosten, text. 5. Dominica 3. post Epiphan. text. 5. & Dominica Palmarum, text. 5.

Vide plura ex Scripturis & Patribus in Viridario, verbo Gratiarum actio.

De gratiis Deo agendis lege Orationem septimam Theol. Guilielmi Estij.

Gregorius Nazianzenus.

Pulchrum & laudabile factum Gregorij Nazianzeni refert Cornelius A lapide in cap. 27. Genes.

Grues.

De Gruibus sic pulchrè D. Ambros. in libro Hexaëm. Grues, inquit, iniussi & voluntario vsu in nocte sollicitam exercent custodiam, dispositos vigiles seruant, & ceteris generis consortibus quiescentibus, aliæ circumeunt & explorant, ne qua ex parte insidiæ tententur, atque deferunt impigram suo vigore tutelam. Pòst vbi vigiliarum tempus fuerit expletum, perfuncta munere se in somnum componit, præmisso clangore vt excitet dormientem, cui vicem muneris traditura est. At illa volens suscipit sortem, nec inuita & pigrior somno renuntiat, sed impigrè suis excutitur è stratis: vicem exe-

quitur,& quam accipit gratiam pari custodia atque officio repræsentat. Ideò nulla discretio, quia deuotio naturalis;ideò tuta custodia, quia voluntas libera. Hunc etiam volantes ordinem seruant,& hac moderatione omnem laborem alleuiant, vt per vices fungantur ductus sui munere. Præcedit enim vna & præcurrit ceteris; deinde conuertitur, & sequenti sortem ducendi agminis cedit. Sic ille.

In apibus principes sunt, grues vnam sequuntur ordine litterato,inquit Hieronymus lib. 2. epistola 15.

Gula.

De Gulæ vitio pulchrè scribit Gregorius lib. 30. Moral.cap.26.27.& sequent.

Contra Gulam,luxum,& crapulam scribit etiam Chrysost.Tom.5.

De Gula & gulosis vide quoque A lapide in c. 11. Leuit. item in cap. 11. Numer.

Gulæ vitium vitandum. Cypr. lib. 3. ad Quirin. cap.60.

Vide iterùm Chrysostomum Homil.54. ad pop. Antioch.

Remedium contra Gulam & ebrietatem. Hesselius in Decal.cap 195.

Consule quoque de Gula Stapleton. in Dom. Sexages. text. 6. Prompt. mor.

Denique vide fusè Panarion Busæi,verbo Gula; & Pintum in cap. 16. Ezech.

Gustus.

De gustu rerum cælestium vide Staplet. Dominica 11. post Pentecost. text. 5. Prompt. mor.

Hære-

H.

Hæresis, Hæretici.

HÆRESES vnde ortæ in Ecclesia Dei. Cyprianus epistola 66.

Hæreses nostri temporis iam olim condemnatas esse, lege Orat. 9. Theolog. Guilielmi Estij.

An nostri temporis hæretici sint peiores antiquis, vide eumd. Orat. 11.

Hæreseon omnium vna mater est superbia. Augustinus Serm. 79. in nouis.

Hæreses inter Christianos cur seminare studeat diabolus. Idem ibidem serm. 61.

Hæreses ad fidei custodiam prosunt. Hesselius in Symbol. cap. 68.

Hæreticis nihil prosunt molestiæ aut passiones quas pro errore suo perferunt. Augustin. Serm. 81. in nouis.

Hæreticus est, qui de vno fidei articulò pertinaciter dubitat. Hessel. in Decal. cap. 47.

Hæreticus quis dicendus sit. Idem in Symb. cap. 56.

Hæretici per Abimelech filium concubinæ figurantur. Prosper Part. 2. Præd. & promiss. cap. 19.

Hæreticorum conuersatio vitanda. Theodor. lib. 4. Histor. cap. 14. & lib. 7. cap. 10. Euseb. libro 4. cap. 13.

In hæreticos pœna statuitur extremi supplicij. Sozomenus lib. 3. c. 16. Hessel. in Decal. cap. 154.

Hæretici pacis & vnitatis perturbatores. Bernardus serm. 29. in Cantica.

 Hære-

Hæreſes nos diligentiores & attentiores reddunt. Auguſt. lib.3.De doctr. Chriſt. cap. 33.

Hæreſes inter ſe contrariæ. Idem lib. 2. ad Bonifac.cap.2.& lib.4. cap.5.

Hæretici interruptas & decurtatas ſententias Patrum proferunt & Scripturarum. Idem lib. 2. De nupt. cap.2.

Et Scripturas peruertunt. lib.2.De nupt.cap.31.

De hæreticorum ortu & interitu, lege Orationem Panegyricam Henrici Cuyckij.

Hæretici ſignificantur per Cham, qui verenda patris ſui vidit. Auguſtin. lib. 16. De ciuitate, cap.2.

Hæreſeon vtilitates. Idem ibidem, & lib. 18. cap. 51.

Hæretici quomodo cauendi,& libri eorum comburendi. A lapide in cap. 2. 2. ad Timoth.

Hæreſis quomodo vt cancer ſerpat. Idem ibidem.

Ad hæreticos exhortatio. Hieronymus Tomo 2.

Plerique hæreſiarchæ ad hæreſes prolapſi ſunt ex ambitione. S.Vigor ſuper Dom. 8. poſt Trinit. ante finem.

Hæreticorum peccata, quanta ſint & quàm grauia. Coſterus lib. De ſeptem apoſtatis, cap. 7.

De hæreticorum immani tyrannide & crudelitate in Catholicos, vide eumdem in lib. 8. Propoſitionum.

De hæreticorum in Anglia barbaris edictis, vide eumd. ibid.

De hæreticorum quorumdam in Anglia morte & damnatione, vide eumd. ibidem.

De infelici & damnabili exitu ſeu morte quàm plu-

plurimorum hæreticorum, vide eumdem ibidem.

Contra hæreticos vide ſerm. Chryſoſtomi Tomo 3.

De hæreſi longè latèque vide Feliſium in Decalogo.

De hæreticorum & Catholicorum moribus, quatuordecim antitheſes vide apud Coſterum in Præfatione lib. Controuerſiarum.

Hæretici ſinguli, ſeu ſingularum ſectarum hæreſiarchæ, quid docuerint, vide eumdem ibidem.

Cur hæreſes comitetur magia, vide Delrio in Prooemio Diſquiſit. magic.

Quòd hæretici vno ex quatuor potiſſimùm modis ſoleant conuerti ad fidem Catholicam, vide Coſterum in lib. De ſeptem apoſtatis.

Hæretici quantum vitandi ſint. Bellarminus in Præfat. lib. De verbo Dei, circa med.

De natura Hæreſis vide Ianſonium in Cantica.

De fructibus hæreticorum Staplet. in Prompt. mor. Domin. poſt Pentec. text. 1. & 2.

De hæreticorum crudelitate, Idem in Domin. 6. poſt Paſcha, text. 2.

Perſecutor paganus, ait D. Auguſt. apertè ſæuit vt leo, hæreticus inſidiatur vt draco. Ille cogit negare Chriſtum, iſte docet. Ille ingerit violentias, hic inſidias. Aduerſus illum opus eſt patientia, aduerſus hunc vigilantia. Enarrat. in Pſalm. 39.

Hæreſes non ſunt aliunde obortæ, nec aliunde nata ſchiſmata, quàm inde, quòd Sacerdoti Dei non obtemperatur, nec vnus in Eccleſia ad tempus Sacerdos, & ad tempus Iudex vice Chriſti cogitatur: cui ſi ſecundùm magiſteria diuina obtempe-

raret fraternitas vniuersa, nemo aduersum Sacerdotum collegium quidquam moueret, nemo post diuinum iudicium, post populi suffragium, post Coëpiscoporum consensum, iudicem se non iam Episcopi, sed Dei constitueret. Cypr. lib. 1. epistola 3. vide similia lib.4.epist.9.

Nemo est tam impius, inquit D. Hieronymus, quem hæreticus impietate non vincat. In Isaiam.

Nulla cum hæreticis commercia copulentur, nulla conuiuia vel colloquia misceantur; simusque ab eis tam separati, quàm sunt illi ab Ecclesia profugi. Cypr. suprà. Vide etiam D. Leonem sermone 18. De Passione Domini.

Hæreticorum frons, non est frons, ait D. Augustinus lib.4. contra Iulianum,cap.8.

Qui falsa de Deo credit, vel de aliqua parte doctrinæ quæ ad fidei pertineat ædificationem, ita vt non quærentis cunctatione tentatus sit, sed inconcussè credentis errore discordet, hæreticus est, & animo foris, quamuis corporaliter intus videatur. Idem lib. Quæst.in Matth. cap.11.

Qui sententiam suam quamuis falsam, nulla pertinaci animositate defendunt, præsertim quam non audacia præsumptionis suæ pepererunt, sed à seductis & in errorem lapsis parentibus acceperunt, quærunt autem cauta sollicitudine veritatem, corrigi parati cùm inuenerint; nequaquam sunt inter hæreticos deputandi, inquit Augustinus epistola 162. in princ. Sed qui in Ecclesia Christi morbidum aliquid prauumque sentiunt, si correcti, vt sanum rectumque sapiant, resistunt contumaciter, suaque pestifera dogmata emendare nolunt, sed pertinaciter defensare persistunt; illi hæretici

fiunt,

fiunt, ait idem August. lib.18. De ciuit. cap.51.

Hæc sunt initia hæreticorum, & ortus atque conatus schismaticorum malè cogitantium vt sibi placeant, vt Præpositum superbo tumore contemnant. Sic de Ecclesia Dei receditur, sic altare profanum foris collocatur, sic contra pacem Christi & ordinationem atque vnitatem Dei rebellatur. Cyprian.lib.3.epistola 9.

Hæretici (ait Tertullianus) nihil magis curant quàm occultare quod prædicant, si tamen prædicant quod occultant. Priùs persuadent quàm edoceant, veritas autem docendo persuadet, non suadendo docet. Contra Valent.

Multa ad fidem Catholicam pertinentia, dum hæreticorum callida inquietudine exagitantur vt aduersus eos defendi possint, & considerantur diligentiùs, & intelliguntur clariùs, & prædicantur instantiùs; & ab aduersario mota quæstio, discendi existit occasio. August.lib.16.De ciuit.c.2.

Hæreses aliquando præualere, non mirandum. In pugna enim pugilum (ait Tertullianus) & gladiatorum plerumque, non quia fortis est, vincit quis, aut quia non potest vinci, sed quoniam ille qui victus est, nullis viribus fuit. Adeò ille idem victor benè valenti posteà comparatus, etiam superatus recedit. Non aliter hæreses de quorumdam infirmitatibus habent quod valeant, nihil valentes si in benè valentem fidem incurrant. De præscript.

Non est particeps diuinæ charitatis, qui hostis est vnitatis; nec habent Spiritum sanctum qui sunt extra Ecclesiam, qui seipsos segregant animales, spiritum non habentes. August.epistola 50.ad Bonifac.Com.

Omni homini qui Ecclesiæ Catholicæ non tenet vnitatẽ, neque Baptismus, neque eleëmosyna, quantumlibet copiosa, neque mors ipsa pro Christi nomine suscepta, proficere poterit ad salutem, quamdiu in eo hæretica vel schismatica prauitas perseuerat, quę ad mortem ducit. Idem De fide ad Pet. c. 39.

Volo virtutes hæreticorum proferre, ait Tertullianus, nisi quòd agnosco maximam virtutem eorum qua Apostolos in peruersum æmulantur. Illi enim de mortuis suscitabant, isti de viuis mortuos faciunt. De præscript.

Omnibus hæc vna intentio fuit hæreticis, captare gloriam de singularitate scientiæ. Bernard. serm. 66. in Cantica.

Hæretici nec rationibus conuincuntur, quia non intelligunt; nec auctoritatibus corriguntur, quia non recipiunt; nec suasionibus flectuntur, quia subuersi sunt. Idem ibidem.

Sciunt hæretici, fœtores suos nulli ferè citò esse placituros, si nudi & simplices exhalentur: atque idcircò eos cælestis eloquij velut quodam aromate aspergunt, vt ille qui humanum facilè despiceret errorem, diuina non facilè contemnat oracula. Vincent. Lyr. contra profan. hæres.

De Hæresis recidiua, doctam & elegantem Orationem habet Stapletonus in fine Prompt. Catholici Dominicalis.

Contra Hæreticos lege vtrumque Promptuarium Cathol. eiusdem Stapletoni.

De falsis miraculis hæreticorum, lege Orationem Bellarmini de eadem re, numero 7.

De sceleribus Hæreticorum lege Orationem 9. eiusdem.

De

De comparatione veterum & recentium hæreticorum, quantum ad fidem, vide & lege Concionem 10. eiusdem.

De moribus hæreticorum veterum & nouorum lege Concionem eiusdem 11.

Denique de hæresi vide multa ex Scriptura & Patribus in Panario Ioannis Busæi, verbo Hæresis.

Herodes, Herodias.

De Herodis morte & diuina vltione, vide Euseb. lib. 1. c. 8. Hist. Ecclesiast. & Bellarm. lib. 1. De arte benè moriendi, cap. 16. vbi & de infelici morte Herodiadis, eiusque filiæ saltatricis agitur.

Historia.

Historias Sanctorum dubias & incertas non proponendas populo, neque in Ecclesia legendas. Hessel. in Decal. c. 88.

Historiarum profanarum vtilitas. August. lib. 2. De doct. Christ. c. 28.

Histriones.

Ars Histrionica in Ecclesia non toleranda. Cypr. epistola 36. & 37. ad Eucrat.

Holocaustum.

Exempla Martyrum qui se in holocaustum Deo obtulerunt, vide apud Cornelium A lapide in c. 1. Leuit.

Homicidium, Homicida.

De Homicidio vide Chapeauille lib. De casibus reseruatis, Casu 3.

Homicidæ ferè omnes violenta morte occumbunt. Vide exempla apud Cornelium A lapide in c. 21. Deuter.

De Homicidio Moysis vide eumdem in cap. 2. Exod.

Miro

Miro indicio homicidium prodit & punit Deus. Idem in cap.21. Deut.

De homicidio per canem prodito & reuelato, Ambrof.lib.6.c.4.Hexaëmeron.

Homicidæ ſunt illæ mulieres, quæ infantes in vtero necant, vel conceptum fœtum impediunt. Heſſel.in Decal.c.157.

Homicida eſt qui etſi rei licitæ ſtudeat, tamen non adhibuit debitam cautelam,ideoque alium occidit. Idem ibidem c.158.

Homicidij reus eſt qui cooperatur iubendo,conſulendo,conſentiendo,optando,non puniendo,&c. Idem ibidem c.159.& 160.

Homicidarum pœna. Idem ibidem c.161.

Ex homicidio vel mutilatione irregularitas quomodo contrahatur. Idem ibidem c.162.

De Homicidio caſuali. Idem ibidem c.161.

De Homicidio vide etiam Feliſium in Decal. & Baïum lib.3.c.69. inſtitut.Chriſt.Relig.

Vide etiam Caſuiſtas,verbo Homicidium.

Homo.

Pulchram deſcriptionem hominis vide apud Auctorem incognitum, ſerm.6. ſuper Hiſtoria filij prodigi, & A lapide in cap.3.Geneſ.

Homo per peccatum mortalis & corruptibilis corpore factus eſt. Chryſ.Hom.11.ad pop.Ant.

Homo per peccatum omnem vitæ diem morti fecit obnoxium. Proſper lib.2. De vocat. Gent. cap.21.

Hominis primi primum peccatum fuit ſuperbia. Idem lib.2.De vita contempl.cap.19.

Homo primus ſi non peccaſſet, ſine morte ad gloriam tranſlatus fuiſſet. Idem ibidem c.18.

Primus

Primus homo quæ & quanta bona peccando amiserit. Idem ibidem.

Primus homo quomodo totam posteritatem peccando corruperit, eleganter habet Prosper lib. 3. De vita contempl. c. 2.

Primus homo ex libera & propria voluntate à bono deficere potuit, & seipsum perdere ac vulnerare, sed non nisi gratiâ sanari ac reparari potuit. August. Serm. 105. in nouis.

Homo nascitur, non solùm ignarus rerum salutarium, sed etiam imbecillis & ignauus ad perficiendum cognita. Bern. serm. 1. De Purificat. Virg.

Homo quare factus. Chrys. in Psal. 144. To. 1. in principio.

Homo per peccatum creaturis insensatis & irrationabilibus deterior factus. Idem serm. De Adscens. Domini, To. 3.

Homo liberi arbitrij creatus est, vt si vellet, Deo obediret, semperque beatus & immortalis esset; si negligeret & contemneret præceptum eius, in morbum mortalitatis incideret. August. Serm. 105. in nouis.

Homo in grauissima quæque scelera ruit, nisi gratia Dei retineatur. Idem ibidem Serm. 114.

Homo quomodo brutis animâ & corpore præstet. Chrysost. Hom. 11. ad pop. Ant. & August. Serm. 105. in nouis.

Hominem quanto Deus honore dignatus fuerit. Chrys. Tomo. 5.

Hominem Deus per creaturas irrationales instruit. Idem Hom. 12 ad pop. Antioch.

Homo quare recta statura creatus sit. Bernard. serm. 24. in Cantica.

Homo

Homo imago Dei eſt. Chryſ. Hom.3. ad pop. Antioch.

Homo quantis miſerijs & ærumnis ſubiectus ſit. Dionyſ. Carth. De quatuor Nouiſ. art. 15.

Hominis lapſi deſcriptio per parabolam de filio Regis. Bernard.

In homine poſt peccatum reliquiæ quædam legis naturæ relictæ ſunt. Heſſel. in Decal. c. 23.

Homo iuſtè per peccatum ſubditus eſt diabolo. Auguſt. lib. 6. contra Iulian. c. 9.

Homo opus Dei eſt in quantum homo, non autem in quantum peccator. Auguſt. lib. 1. ad Bonifac. c. 18. lib. 3. c. 9. & lib. 2. contra Iulian. c. 7. & l. 3. c. 22.

In homine triplex anima, vegetatiua, ſenſitiua, & rationalis. Idem lib. 10. Confeſſ. c. 7. & 8.

Homo poteſt abſque peccato viuere cum gratia Dei. Idem lib. 2. De peccat. merit. c. 6. & De natura & gratia, c. 58.

Nullum eſt peccatum quod fecit homo, quod non poſſit facere alter homo, ſi deſit rector, à quo factus eſt homo. Auguſt. Serm. 114. in nouis.

Qui fecit hominem, factus eſt homo: factus eſt quod fecit, ne periret quod fecit. Aug. Serm. 70. in nouis.

Vide etiam ſuprà verbo Adam.

Honores.

De Honoribus fugiendis, & periculis in ſublimitate exiſtentibus, vide Granatenſem Conc. 2. ſuper Dom. 16. poſt Pentec. ad illud, Amice, aſcende ſuperiùs.

De Honoribus huius mundi vide & Leſſium lib. 1. De ſummo bono, cap. 5.

Quòd honores non debeant mutare mores, vide

vide Cornelium A lapide in cap.43. Genes.

Honoris & dignitatis officia an pecuniâ emere liceat, libellum quemdam scripsit. D.Thom. ad Ducissam Brabantiæ.

Honorum mutabilitas. Staplet.in Prompt.mor. Dom.2. Quadragesimæ, text.3. & Domin. Palmarum, t.6.

Honoris mundani vanitas. Bellarm. Conc.4. De gloria cælesti.

Honor fugientes sequitur. Stella in Luc.To.1.

Horæ Canonicæ.

De mysterio septem Horarum Canonicarum, vide Crespet, Discours tresieme De la louange de Dieu, & Franciscum Costerum in Dom.20. post Pentec. super illis verbis, Heri hora septima reliquit eum febris.

De Horis Canonicis vide Hessel. in Orat. Dominicam, cap.8. & fusè Leonardum Lessium lib.2. De Iure & iust.cap.37.à dubit.8.

Hospitalitas.

De Hospitalitate vide August. Serm.70.in nouis. Item longè latèque per varia capp.& exempla Ioannem Dauidis lib. De occasione temp.à Schemate 5. item Peraldum in Summa virtutum, De operibus misericordiæ corporal. Lege etiam D.Chrysost. serm.21.in c.12.ad Rom. vbi etiam tractat quomodo cum pauperibus agere debeamus quoad eleëmosynarum largitionem. Item Cornelium A lapide in cap.18.Genes.& in cap.13. ad Hebr. Item Feuardent. in Ruth.

Hospitalitatis commendatio apud Aug. Ser.55. in nouis,& apud Hessel.in Decal. c.119. & 122. & Ambr.lib.1. De Abrah.c.5.

De

De Hospitalitate vide multa ex Scriptura & Patribus in Viridario Busæi, verbo Hospitalitas.

Hostiæ.

Quomodo omnes debeamus Deo spirituales offerre hostias, tamquam spirituales Christi Sacerdotes, vide apud Bellarm. lib.2. De septem verbis Domini, cap.15.

Quid tam regium (inquit D.Leo) quàm subditum Deo animum corporis sui esse rectorem? Et quid tam Sacerdotale, quàm vouere Domino, conscientiam puram & immaculatas pietatis hostias de altari cordis offerre? Serm.3.in Anniuers. Assump.

Humilitas.

Laudem Humilitatis vide apud Bellarm. Conc. super Dom.21. post Pentec. circa med. & A lapide in c.7.Exod.

Humilitatis indolem quinque regulis explicatam vide apud eumdem in cap.2. Epistolæ ad Philipp.

De Humilitate Christi & superbia diaboli per antitheses vide apud eumdem pulchrè. Ibidem.

De Humilitatis encomio vide etiam Granatensem Conc.2.super Dom.16. post Pentec. post med. & D.Hieron. To.1.

Pulchrum humilitatis exemplum lege apud Costerum super Dom.Palmarum, §.3.

Quomodo de nobis semper humiliter sentire debeamus, vide Chrysost. Hom.38.& 39. ad pop. Antiochenum.

De humilitate Sermonem habet August.Dom.9. post Trinit. & serm.213. De tempore, & D.Leo serm.7.De Epiph. & Hieronym. epistolà 6. ad Anton.lib.1.

Humi-

Humilitas sectanda, nec in vllo gloriandum, sed in Deo solo fidendum. Cypr.lib.3.ad Quir. c.4. & 5.

Humilitatis exemplum in muliere Chananæa & in Centurione. August.Serm.41 in nouis. Et in Publicano. Idem Serm.111.in nouis.

Humilitatem nobis Christus commendauit. Bernard.serm.1. De natiuit.& Leo suprà.

Quantò quisque humilior, tantò gratiæ capacior. August.Serm 41.in nouis,& Serm.107.

Humilitas totius iustitiæ fundamentum. Aug. epistola 56.

Humilitatem in homine generare potest mortis consideratio. Dionys. Carthus. De quatuor Nouiss.art.9.

Tanta est virtus humilitatis (ait August.) vt per eam omnia terrena cacumina,temporali mobilitate nutantia, non humano vsurpata fastu, sed diuina gratia donata celsitudo transcendat. Lib.1.De ciuitate Dei,cap.1.

Videte fratres miraculum, (ait idem Augustinus) magnum. Altus est Deus: erigis tē, & fugit à te;humilias te,& descendit ad te. Quare hoc? Quia excelsus est, & humilia respicit: & alta de longè cognoscit. Humilia de proximo respicit, vt attollat. Alta,id est superba,de longè cognoscit vt deprimat. Serm.De Ascens.

Ad magna contendimus? parua capiamus. Vis capere celsitudinem Christi? cape priùs humilitatem Dei. Idem Serm.38.De verbis Dòmini.To.1.

Indignatur Deus,vt humiliemur;humiliamur vt digni simus misericordia magis quàm pœna. Amb. lib.1.De pœnitentia,c.4.

M Perit

Perit omne quod agitur, si non sollicitè in humilitate custoditur. Greg. lib. 19. Mor. c. 17.

Simulatio humilitatis maior superbia est, ait D. Augustinus lib. De bono virg.

Custos virginitatis, charitas; locus autem huius custodis, humilitas: ibi quippe habitat, qui dixit super humilem requiescere spiritum suum. Idem ibidem.

Si interrogares, ait D. Augustinus, quid primùm videretur in Christianis præceptis obseruari debere, quid secundò, quid tertiò; nihil me aliud respondere, nisi humilitatem necessitas cogeret. Epistola 56.

De Humilitate plura vide ex Scriptura & Patribus in Viridario, verbo Humilitas.

Hypocrisis, Hypocrita.

Descriptionem Hypocritæ vide latè apud Pintum in cap. 20. Ezechielis ad illa verba, Omnes isti æs, &c. & pluribus alijs locis.

De Hypocrisi vide pulchrè Besse super Dom. 22. post Pentec.

Lege etiam Homiliam S. Augustini super Fer. 4. Cinerum.

Hypocritica reprehensio. Staplet. in Prompt. mor. Dom. 1. post Pentec. text. 5.

De Hypocrisi & eius generibus vide eumdem ibidem Dom. 5. post Pentec. text. 1. Dom. 12. post Pentec. text. 5. Dom. 22. post Pentec. text. 1.

De Hypocrisi & remedijs eius, vide plura in Panario Busæi, verbo Hypocrisis.

I.

Iacob Patriarcha.

IACOB Patriarcha in multis figura fuit Christi. A lapide in c. 29. Genes.

Duodecim filij Iacob, sunt duodecim virtutes. Idem in cap. 30. Genes.

Iacob significat filios Noui testamenti, Esau verò filios Veteris testamenti. Aug. Serm. 22. in nouis.

Iacob quomodo sine dolo, & cum dolo. Idem ibidem.

Idola.

De idolis Gentilium. Cypr. lib. 3. ad Quirin. c. 59. & Hessel. in Decal. c. 26. & 63.

Idolorum immolationem pecuniâ redimentes grauiter peccarunt. Cypr. epistola 87.

Idola nostra sunt, ea quæ relicto Deo colimus. Pintus in c. 8. Ezech. ad illa verba, Et ingressus vidi, &c.

Idololatriam Iudæorum & Gentilium describit idem Pintus in cap. 23. Ezech. ad illa verba, Sanguis in manibus, &c.

De stupidissima & vera Ethnicorum idololatria insignem Orationem habet Matthias Bossemius, in Tractatu De feminarum cum Clericis cohabitatione.

Vide etiam Bellarmin. in Controu. lib. 2. De imagin. cap. 13.

Ieiunium.

Ad Ieiunium exhortatio. August. Serm. 61. in nouis. Basil. Homil. 1. De laudibus ieiunij.

Ieiunium propter aduenientium confratrum

 chari-

charitatem aliquando intermittendum. Prosper lib. 2. De vita contempl. cap. 24.

Ieiunium puellæ cuiusdam obsessæ admirandum. Idem De dimidio temporis, c. 6.

Ieiunio non naturæ damnantur, sed concupiscentiæ malæ. Idem lib. 2. De vita contempl. c. 23. & Hessel. in Decal. cap. 109.

Ieiunium qualiter institui debeat vt Deo gratum sit. Chrys. Homil. 3. ad pop. Ant.

Ieiunio colitur Deus. Hessel. in Decal. c. 109.

Ieiunium violare, graue peccatum est. Idem ibidem cap. 110.

Ieiunij vtilitas. August. Serm. 61. in nouis.

Ieiunij tempore deliciæ vitandæ ciborum. Aug. Serm. 76. in nouis.

Ieiunio contra tentationes diaboli munimur. Idem ibidem.

Ieiunium habet animæ humiliationem & corporis castigationem. Idem ibidem.

Ieiunij tempore, eleëmosynæ faciendæ. Idem ibidem.

De Ieiunio Quatuor Temporum, Hessel. in Decal. cap. 106.

Ieiunandi quare certa tempora instituta ab Ecclesia. Hosius in Confess. Cathol. fid. cap. 91. & Hessel. suprà.

Ieiunium Quadragesimæ à quo & quibus ex causis institutum. Hosius ibidem, & Hessel. suprà.

In ieiunijs obseruandis mos & consuetudo Ecclesiæ cuiusque seruandus. Hessel. suprà.

De Ieiunio Feriæ sextæ & Sabbati. Idem ibidem cap. 108.

Ieiunium quadraginta dierum. Augustin. Serm. 6.

Serm.6. in nouis, & A lapide in cap.34. Exod.
De Ieiunio integram Concionem habet Bald. Iunius in Dom.10. post Pentec.
Ieiunium quod præcedit vel sequitur immoderata comedendi auiditas ac crapula, Deo non placet. August.Serm.76.in nouis.
Ieiunium nobis parum prodesse, si desint reliqua merita. Chrys.Hom.71.ad pop.Ant.
De Ieiunio vide eumdem ibid.Hom.72.
De Ieiunio habet idem Chrys. duos Sermones, Tom.5.
De Ieiunio Quadragesimali vide eumdem Hom.73.ad pop.Ant.
Multa exempla de Ieiunio, tum ex Veteri tum ex Nouo testamento, vide apud Hieron. lib.2. contra Iouinian.
De Ieiunio vide etiam Bellarm.in Controuersijs, & lib.1.De arte benè moriendi, cap.8.
Vide etiam suprà, verbo Abstinentia. & Viridarium, verbo Ieiunium.
Ieiunium (inquit Ambrosius) mors est culpæ, excidium delictorum, remedium salutis, radix gratiæ, fundamentum castitatis. Libro De Elia & Ieiunio.
Si quid Iudæis & nobis commune est in temporibus, non concordat in moribus; ait D.Leo serm.4. De Ieiun.septimi mens.
Iudæi, ait Augustinus, seruiliter obseruabant dies & tempora, non intelligentes, ad quarum rerum significationem pertinerent. Nos quia intelligimus quò pertineant, non obseruamus tempora, sed quæ in ipsis obseruantur temporibus. Contra Adamant. cap.16.

Hactenus vsque ad nonam ieiunauimus soli, (ait Bern.) nunc vsque ad vesperam ieiunabunt nobiscum vniuersi Reges & Principes, Clerus & populus, nobiles & ignobiles, simul in vnum diues & pauper. Serm.3. De Quadragesima.

Non ego immunditiem obsonij timeo (ait Augustinus) sed immunditiem cupiditatis. Lib.10. Confess.c.31.

Crapula distentus, ventris ingluuiem ieiunando decoquit, vt cochlearum in morem, succo victitet suo, & futuris dapibus ac saginæ aqualiculum parat. Hieron. epistola ad Lætam.

In his diebus (ieiuniorum) aliorum temporum culpas & pia opera redimunt, & ieiunia casta decoquunt. Leo serm.4. De Quadrages.

Accipiat esuriens Christus, quod ieiunans minus accipit Christianus; & castigatio volentis, fiat sustentatio non habentis. August. Serm.76. in nouis.

Inter Natalem Domini & Purificationem qua ex causa Sabbato caro quibusdam locis manducetur. Hessel. in Decal.c.108.

Ieiunij Quadragesimalis rectus vsus. Stapletonus in Promp.mor.Dom.1. Quadrag.text.2.

Ieiunium cum oratione. Idem Dom. infra Octauam Natiuit. Domini, text.6.

De Ieiunijs diuersis, lege diuersos sermones D. Leonis.

Ierusalem cælestis.

Quis non in Ierusalem vehementer cupiat pasci, & propter pacem, & propter adipem, & propter satietatem? Nihil ibi formidatur, nihil fastiditur, nihil deficit. Tuta habitatio paradisus, dulce pabulum verbum,

verbum, opulentia multa nimis æternitas. Habeo & ego verbum, sed in carne; & mihi apponitur veritas, sed in Sacramento. Angelus ex adipe frumenti saginatur, & nudo saturatur grano; me oportet interim quodam Sacramenti cortice esse contentum, carnis furfure, litteræ palea, velamine fidei. Et: Quantalibet sanè abundantia spiritus pinguescant ista, non pari omnino iucunditate sumitur cortex Sacramenti, & adeps frumenti. Bern. serm. 33. in Cantica.

De Ierusalem cælesti vide plura suprà verbo Beatitudo, & verbo Gloria cælestis, & infrà verbo Vita.

Iesus.

De nomine Iesu vide Bernard. serm. 15. in Cantica, Osorium per varias Conc. A lapide in c. 2. Epistolæ ad Philip. item in cap. 13. Numer.

Vide etiam, si placet, Concionem De nomine Iesu in lib. nostrarum Strenarum, Strena 2. generali.

Vide quoque Besse & Granatensem in Festo Circumcis.

Iesus interpretatur Saluator. August. lib. 4. De peccatorum merit. cap. 29.

Iesus etiam infantium Iesus est. Idem ibidem, c. 4. & lib. 2. De nupt. c. 35.

Iesuita.

De Iesuitarum instituto, & viuendi norma ac forma lege Petrum Ribadineiram, lib. 3. De vita B. Ignatij, c. 22. & Gretserum lib. De modo viuendi Iesuitarum; vbi omnia accuratè diluit, quæ à malignis, tum hæreticis, tum Catholicis contra eos obijciuntur.

Ignis.

Ignis inferni qualis & quantus. A lapide in c. 32. Deuter.

De Igne conflagrationis, vide Leſſium lib. 13. De diuinis perfect. c. 20.

De Igne inferni vide Bellar. lib. 2. De gemitu columbæ, c. 2. & in Conc. De cruciatibus gehennæ. Vide etiam alios Auctores ſuprà nominatos, qui de Nouiſſimis ſcripſerunt.

Ignorantia.

Ignorantia eorum quæ facilè ſciri poſſunt, non excuſat. Chryſoſt. Tom. 4. Hom. 26. in Mor.

Ignorantia & difficultas ex peccato ſunt. Auguſt. lib. 1. Retract. c. 9.

Ignorantiam boni, imò & ipſius Dei, homo peccando incurrit. Heſſel. in Decal. cap. 11. 12. 16. & 17.

Ignorantia eorum quæ lege naturæ præcipiuntur non excuſat à pœna. Heſſel. ſuprà, cap. 21.

Ignorantia non mutat legem, licet minuat interdum vel tollat peccatum. Idem ibidem c. 22.

Ignorantia eius, quod ad Deum non ſpectat, non nocet. Auguſt. lib. 5. Confeſſ. c. 5.

Ignorantiam confiteri pudere non debet. Idem epiſtola 157.

Ignorantia non paruum eſt malum. Idem lib. 6. contra Iulian. c. 5.

Ignorantia legis Dei ſimpliciter non excuſat à damnatione. Idem lib. De gratia & lib. arb. c. 3.

Quædam per ignorantiam facta improbantur. Idem De natura & gratia, c. 67.

Differunt peccatum ignorantiæ & negligentiæ. Idem De natura & gratia, c. 17.

Igno-

Ignorantia Dei omnium malorum cauſa. Stapleton. Dom. 6. poſt Paſcha tex. 3. Prompt. Moral.

Ignorantia multiplex. Feliſius in Decal.

Vtraque cognitio, Dei ſcilicet & tui, tibi eſt neceſſaria, inquit S. Bernardus, ad ſalutem: quia ſicuti ex notitia tui venit in te timor Dei, atque ex Dei notitia itidem amor: ſic econtrà, de ignorantia tui ſuperbia, ac de Dei ignorantia venit deſperatio. Serm. 271. in Cantica.

Imago.

Imaginis & ſimilitudinis differentia. Auguſtinus quæſt. 4. ſuper Deuter. & lib. 83. QQ. quæſt. 74.

Imago hominis cum Deo ſita eſt in eo, quòd fecit hominem rectum, veracem, iuſtum, &c. Bernard. ſerm. 2. De natiu. Domini.

Imago Crucis quomodo oſtenſa Conſtantino. Euſeb. lib. 1. De vita Conſtantini, cap. 23.

Imagines à Deo prohibitæ non ſunt. Heſſel. in Decal. cap. 61.

De his qui imagines Deos eſſe arbitrati ſunt. Heſſel. ibid. cap. 62.

Imago Dei Patris, ſiue SS. Trinitatis non temerè pingenda. Heſſel. ibidem cap. 65.

Imagines Chriſti & Sanctorum ſunt venerandæ & honorandæ. Idem in Symb. cap. 120.

De abuſu Imaginum, & ſuperſtitioſo Sanctorum cultu. Idem in Symb. cap. 121.

Imagines etiam tempore Legis veteris non defuiſſe. Idem ibidem.

De Imaginibus Sanctorum colendis vide & lege pulchrum locum apud Gregorium in Regiſtro Epiſtolarum cap. 53.

uolentiam poteſt. Quis enim eſt qui dicit, Sanem te, & do tibi mercedem? Optimè fecit. Sciebat enim ſe diuitem veniſſe ad pauperem, & ſanat ægrotos, & ſanatis donat, & non aliud quàm ſeipſum donat. Saluator eſt, adiutorium languidi. Ipſe Saluator eſt præmium ſanati. Serm. 13. De verbis Apoſtoli.

Ludebam ego foris in platea, ait D. Bernardus, & in ſecreto regalis cubiculi ſuper me ferebatur iudicium mortis. Audiit hoc Vnigenitus eius: exiit poſito diademate, ſacco veſtitus, aſperſus cinere caput, nudus pedes, flens & eiulans, quia morte damnatus eſſet ſeruulus eius. Serm. 3. De natiu.

Ieſu in carne apparitio, & ineffabilis eſt ſermone omni, & omni ignota intelligentiæ, ipſi quoque antiquiſſimorum Angelorum non ſatis perſpecta primati. Dionyſ. De diuinis nomin. cap. 2.

Diuinam humanamque naturam in vnam conueniſſe perſonam, niſi fides credat, ſermo non explicat, ait D. Leo ſerm. De natiu.

Talia opera fecit illa omnipotens maieſtas in aſſumptione noſtræ carnis, ita mirabiliter ſingularia, & ſingulariter mirabilia, vt talia nec facienda ampliùs ſuper terram. Verbum quippe, & anima, & caro in vnam conuenêre perſonam. Et hæc tria vnum ſunt, non confuſione ſubſtantiæ, ſed vnitate perſonæ. Benard. ſerm. 3. De Aduentu.

Si homo non periiſſet, filius hominis non veniſſet. Nulla enim cauſa veniendi fuit Chriſto Domino, niſi peccatores ſaluos facere. Tolle morbos ac vulnera, & nulla erit medicinæ cauſa. Auguſtinus enarrat. in Pſalm. 49.

Quia naturale eſt vt homines diligentes ſe diligant,

gant, hac humilitate & charitate incarnati Filij Dei, liquefacta est duritia mundi, vt agnoſceret ſaltē beneficiū ſuæ reparationis, qui non agnouerat excellentiā ſuæ conditionis. Aug.ſer.19.De Sanct.

Intentio.

De Intentione bona, vide etiam Cornel. A lapide in c. 28. Exod. & in c.3. Leuit. vbi docet quomodo in omni opere pia intentio ſit dirigenda ad Deum.

De hac re vide copiosè ex Scriptura & Patribus Viridarium Buſæi, verbo Intentio recta.

Infantes.

In infantibus pereuntibus maximè apparet origilis peccati magnitudo. Proſp.l.2.De vocat.Gen.c.21

Infantes ſine Baptiſmo morientes conquerendi de iniuſtitia Dei cauſam non habēt. Idem ibid.& c.21.

Infantes baptizati quomodo iuſto iudicio vitam æternam accipient. Heſſelius in Symb.cap.41.

De ſtatu Infantium ſeu paruulorum ſine Baptiſmo decedentium, lege P. Leſſium lib.13. De diu. perfect.cap.22.§.143.

Infantes originali peccato obnoxij naſcuntur, ac damnandi ſunt, ſi ſine Baptiſmo moriantur. Auguſtinus epiſtolà 89. epiſtola 105. & epiſtola 106. Item lib. 1. De pec. mer. cap. 12.16.18.23.24.25. 26.27. & aliis multis locis.

Cur infantiū vnus pereat, & alter ad Baptiſmum perueniat, cùm vterq; ſit ex eadem maſſa, inſcrutabilis eſt iudicij Dei. Idem lib.1. De pec.mer.c.21.

Infantes à ſanctis parentibus nati, quare baptizandi ſint. Idem lib. 2. De pecc. mer. cap. 25. & lib.3. cap. 9. & De peccato origin. cap.39.

Infantes iuſtè damnandi ſunt, etiam qui baptizari non potuerunt. Idē lib.De natura & gratia,c.8.

In-

Perit omne quod agitur, si non sollicitè in humilitate custoditur. Greg. lib. 19. Mor. c. 17.

Simulatio humilitatis maior superbia est, ait D. Augustinus lib. De bono virg.

Custos virginitatis, charitas; locus autem huius custodis, humilitas: ibi quippe habitat, qui dixit super humilem requiescere spiritum suum. Idem ibidem.

Si interrogares, ait D. Augustinus, quid primùm videretur in Christianis præceptis obseruari debere, quid secundò, quid tertiò; nihil me aliud respondere, nisi humilitatem necessitas cogeret. Epistola 56.

De Humilitate plura vide ex Scriptura & Patribus in Viridario, verbo Humilitas.

Hypocrisis, Hypocrita.

Descriptionem Hypocritæ vide latè apud Pintum in cap. 20. Ezechielis ad illa verba, Omnes isti æs, &c. & pluribus alijs locis.

De Hypocrisi vide pulchrè Besse super Dom. 22. post Pentec.

Lege etiam Homiliam S. Augustini super Fer. 4. Cinerum.

Hypocritica reprehensio. Staplet. in Prompt. mor. Dom. 1. post Pentec. text. 5.

De Hypocrisi & eius generibus vide eumdem ibidem Dom. 5. post Pentec. text. 1. Dom. 12. post Pentec. text. 5. Dom. 22. post Pentec. text. 1.

De Hypocrisi & remedijs eius, vide plura in Panario Busæi, verbo Hypocrisis.

Iacob

I.

Iacob Patriarcha.

IACOB Patriarcha in multis figura fuit Christi. A lapide in c. 29. Genes.

Duodecim filij Iacob, sunt duodecim virtutes. Idem in cap. 30. Genes.

Iacob significat filios Noui testamenti, Esau verò filios Veteris testamenti. Aug. Serm. 22. in nouis.

Iacob quomodo sine dolo, & cum dolo. Idem ibidem.

Idola.

De idolis Gentilium. Cypr. lib. 3. ad Quirin. c. 59. & Hessel. in Decal. c. 26. & 63.

Idolorum immolationem pecuniâ redimentes grauiter peccarunt. Cypr. epistola 87.

Idola nostra sunt, ea quæ relicto Deo colimus. Pintus in c. 8. Ezech. ad illa verba, Et ingressus vidi, &c.

Idololatriam Iudæorum & Gentilium describit idem Pintus in cap. 23. Ezech. ad illa verba, Sanguis in manibus, &c.

De stupidissima & vera Ethnicorum idololatria insignem Orationem habet Matthias Bossemius, in Tractatu De feminarum cum Clericis cohabitatione.

Vide etiam Bellarmin. in Controu. lib. 2. De imagin. cap. 13.

Ieiunium.

Ad Ieiunium exhortatio. August. Serm. 61. in nouis. Basil. Homil. 1. De laudibus ieiunij.

Ieiunium propter aduenientium confratrum

 chari-

charitatem aliquando intermittendum. Prospet lib.2.De vita contempl. cap.24.

Ieiunium puellæ cuiusdam obsessæ admirandum. Idem De dimidio temporis,c.6.

Ieiunio non naturæ damnantur,sed concupiscentiæ malæ. Idem lib.2. De vita contempl. c.23. & Hessel.in Decal.cap.109.

Ieiunium qualiter institui debeat vt Deo gratum sit. Chrys.Homil.3.ad pop.Ant.

Ieiunio colitur Deus. Hessel.in Decal.c.109.

Ieiunium violare, graue peccatum est. Idem ibidem cap.110.

Ieiunij vtilitas. August.Serm.61.in nouis.

Ieiunij tempore deliciæ vitandæ ciborum. Aug. Serm.76.in nouis.

Ieiunio contra tentationes diaboli munimur. Idem ibidem.

Ieiunium habet animæ humiliationem & corporis castigationem. Idem ibidem.

Ieiunij tempore, eleëmosynæ faciendæ. Idem ibidem.

De Ieiunio Quatuor Temporum, Hessel.in Decal.cap.106.

Ieiunandi quare certa tempora instituta ab Ecclesia. Hosius in Confess.Cathol.fid.cap.91. & Hessel.suprà.

Ieiunium Quadragesimæ à quo & quibus ex causis institutum. Hosius ibidem,& Hessel.suprà.

In ieiunijs obseruandis mos & consuetudo Ecclesiæ cuiusque seruandus. Hessel.suprà.

De Ieiunio Feriæ sextæ & Sabbati. Idem ibidem cap.108.

Ieiunium quadraginta dierum. Augustin. Serm.6.

Serm.6. in nouis, & A lapide in cap.34. Exod.

De Ieiunio integram Concionem habet Bald. Iunius in Dom.10. post Pentec.

Ieiunium quod præcedit vel sequitur immoderata comedendi auiditas ac crapula, Deo non placet. August.Serm,76.in nouis.

Ieiunium nobis parum prodesse, si desint reliqua merita. Chrys.Hom.71.ad pop.Ant.

De Ieiunio vide eumdem ibid.Hom.72.

De Ieiunio habet idem Chrys. duos Sermones, Tom.5.

De Ieiunio Quadragesimali vide eumdem Hom,73.ad pop.Ant.

Multa exempla de Ieiunio, tum ex Veteri tum ex Nouo testamento, vide apud Hieron. lib.2. contra Iouinian.

De Ieiunio vide etiam Bellarm. in Controuersijs, & lib.1.De arte benè moriendi, cap.8.

Vide etiam suprà, verbo Abstinentia. & Viridarium, verbo Ieiunium.

Ieiunium (inquit Ambrosius) mors est culpæ, excidium delictorum, remedium salutis, radix gratiæ, fundamentum castitatis. Libro De Elia & Ieiunio.

Si quid Iudæis & nobis commune est in temporibus, non concordat in moribus; ait D.Leo serm.4. De Ieiun.septimi mens.

Iudæi, ait Augustinus, seruiliter obseruabant dies & tempora, non intelligentes, ad quarum rerum significationem pertinerent. Nos quia intelligimus quò pertineant, non obseruamus tempora, sed quæ in ipsis obseruantur temporibus. Contra Adamant. cap.16.

Hactenus vſque ad nonam ieiunauimus ſoli, (ait Bern.) nunc vſque ad veſperam ieiunabunt nobiſcum vniuerſi Reges & Principes, Clerus & populus, nobiles & ignobiles, ſimul in vnum diues & pauper. Serm. 3. De Quadrageſima.

Non ego immunditiem obſonij timeo (ait Auguſtinus) ſed immunditiem cupiditatis. Lib. 10. Confeſſ. c. 31.

Crapula diſtentus, ventris ingluuiem ieiunando decoquit, vt cochlearum in morem, ſucco victitet ſuo, & futuris dapibus ac ſaginæ aqualiculum parat. Hieron. epiſtola ad Lætam.

In his diebus (ieiuniorum) aliorum temporum culpas & pia opera redimunt, & ieiunia caſta decoquunt. Leo ſerm. 4. De Quadrageſ.

Accipiat eſuriens Chriſtus, quod ieiunans minus accipit Chriſtianus; & caſtigatio volentis, fiat ſuſtentatio non habentis. Auguſt. Serm. 76. in nouis.

Inter Natalem Domini & Purificationem qua ex cauſa Sabbato caro quibuſdam locis manducetur. Heſſel. in Decal. c. 108.

Ieiunij Quadrageſimalis rectus vſus. Stapletonus in Promp. mor. Dom. 1. Quadrag. text. 2.

Ieiunium cum oratione. Idem Dom. infra Octauam Natiuit. Domini, text. 6.

De Ieiunijs diuerſis, lege diuerſos ſermones D. Leonis.

Ieruſalem cæleſtis.

Quis non in Ieruſalem vehementer cupiat paſci, & propter pacem, & propter adipem, & propter ſatietatem? Nihil ibi formidatur, nihil faſtiditur, nihil deficit. Tuta habitatio paradiſus, dulce pabulum verbum,

verbum, opulentia multa nimis æternitas. Habeo & ego verbum, sed in carne; & mihi apponitur veritas, sed in Sacramento. Angelus ex adipe frumenti saginatur, & nudo saturatur grano; me oportet interim quodam Sacramenti cortice esse contentum, carnis furfure, litteræ palea, velamine fidei. Et: Quantalibet sanè abundantia spiritus pinguescant ista, non pari omnino iucunditate sumitur cortex Sacramenti, & adeps frumenti. Bern. serm.33.in Cantica.

De Ierusalem cælesti vide plura suprà verbo Beatitudo, & verbo Gloria cælestis, & infrà verbo Vita.

Iesus.

De nomine Iesu vide Bernard. serm.15. in Cantica, Osorium per varias Conc. A lapide in c.2. Epistolæ ad Philip. item in cap.13. Numer.

Vide etiam, si placet, Concionem De nomine Iesu in lib. nostrarum Strenarum, Strena 2. generali.

Vide quoque Besse & Granatensem in Festo Circumcis.

Iesus interpretatur Saluator. August. lib.4. De peccatorum merit. cap.29.

Iesus etiam infantium Iesus est. Idem ibidem, c.4. & lib.2. De nupt. c.35.

Iesuita.

De Iesuitarum instituto, & viuendi norma ac forma lege Petrum Ribadineiram, lib.3. De vita B. Ignatij, c.22. & Gretserum lib. De modo viuendi Iesuitarum; vbi omnia accuratè diluit, quæ à malignis, tum hæreticis, tum Catholicis contra eos obijciuntur.

Ignis.

Ignis inferni qualis & quantus. A lapide in c. 32. Deuter.

De Igne conflagrationis, vide Lessium lib. 13. De diuinis perfect. c. 20.

De Igne inferni vide Bellar. lib. 2. De gemitu columbæ, c. 2. & in Conc. De cruciatibus gehennæ. Vide etiam alios Auctores suprà nominatos, qui de Nouissimis scripserunt.

Ignorantia.

Ignorantia eorum quæ facilè sciri possunt, non excusat. Chrysost. Tom. 4. Hom. 26. in Mor.

Ignorantia & difficultas ex peccato sunt. August. lib. 1. Retract. c. 9.

Ignorantiam boni, imò & ipsius Dei, homo peccando incurrit. Hessel. in Decal. cap. 11. 12. 16. & 17.

Ignorantia eorum quæ lege naturæ præcipiuntur non excusat à pœna. Hessel. suprà, cap. 21.

Ignorantia non mutat legem, licet minuat interdum vel tollat peccatum. Idem ibidem c. 22.

Ignorantia eius, quod ad Deum non spectat, non nocet. August. lib. 5. Confess. c. 5.

Ignorantiam confiteri pudere non debet. Idem epistola 157.

Ignorantia non paruum est malum. Idem lib. 6. contra Iulian. c. 5.

Ignorantia legis Dei simpliciter non excusat à damnatione. Idem lib. De gratia & lib. arb. c. 3.

Quædam per ignorantiam facta improbantur. Idem De natura & gratia, c. 67.

Differunt peccatum ignorantiæ & negligentiæ. Idem De natura & gratia, c. 17.

Igno-

Ignorantia Dei omnium malorum causa. Stapleton. Dom. 6. post Pascha tex. 3. Prompt. Moral.

Ignorantia multiplex. Felisius in Decal.

Vtraque cognitio, Dei scilicet & tui, tibi est necessaria, inquit S. Bernardus, ad salutem: quia sicuti ex notitia tui venit in te timor Dei, atque ex Dei notitia itidem amor: sic econtrà, de ignorantia tui superbia, ac de Dei ignorantia venit desperatio. Serm. 271. in Cantica.

Imago.

Imaginis & similitudinis differentia. Augustinus quæst. 4. super Deuter. & lib. 83. QQ. quæst. 74.

Imago hominis cum Deo sita est in eo, quòd fecit hominem rectum, veracem, iustum, &c. Bernard. serm. 2. De natiu. Domini.

Imago Crucis quomodo ostensa Constantino. Euseb. lib. 1. De vita Constantini, cap. 23.

Imagines à Deo prohibitæ non sunt. Hessel. in Decal. cap. 61.

De his qui imagines Deos esse arbitrati sunt. Hessel. ibid. cap. 62.

Imago Dei Patris, siue SS. Trinitatis non temerè pingenda. Hessel. ibidem cap. 65.

Imagines Christi & Sanctorum sunt venerandæ & honorandæ. Idem in Symb. cap. 120.

De abusu Imaginum, & superstitioso Sanctorum cultu. Idem in Symb. cap. 121.

Imagines etiam tempore Legis veteris non defuisse. Idem ibidem.

De Imaginibus Sanctorum colendis vide & lege pulchrum locum apud Gregorium in Registro Epistolarum cap. 53.

Quàm multa bona ſuggerat imago Chriſti crucifixi eam intuentibus, vide in Monitis ſacris Adriani Mangotij, Parte 3. Mon. 71.

De picturis Imaginum, lege libros Io. Molani.

Non vſque adeò imago Dei in anima humana terrenorum affectuum labe detrita eſt, vt nulla vel extrema lineamenta remanſerint. Auguſtinus De ſpiritu & littera, cap. 28.

Heu nos miſeros, ait Hieronymus, qui cùm ad imaginem Dei conditi ſimus, ex vitio noſtro perſonas nobis plurimas ſuperinducimus. Et quomodo in theatralibus ſcenis, vnus atque idem hiſtrio, nunc Herculem robuſtum oſtendit, nunc mollis in Venerem frangitur, nunc tremulus in Cybelem (ebrium) mutatur; & nos tot perſonarum habemus ſimilitudines, quot peccata. Epiſtola ad Marcell.

Immortalitas.

Immortalitatis animæ exempla vide apud Cornelium A lapide in cap. 37. Geneſ.

Lege lib. Leſſij de eadem materia.

Inceſtus.

Gentiles virgines inceſtum vindicarunt per parricidium. Exempla vide apud Cornelium A lapide in cap. 20. Leuit.

De Inceſtu, Heſſelius in Decalog. c. 184. & 187.

Incarnatio.

Incarnatio nuptiis vel matrimonio pulchrè comparatur à Bellarmino in Dom. 19. poſt Pentecoſt. circa princ.

Pulchra de Incarnat. & Natiuit. Domini, vide apud Leonem Homil. ſuper Miſſus eſt, quæ in Breuiario legitur.

De

De Incarnationis necessitate & congruentia, vide Lessium lib. 12. De perfect. diuin. cap. 4.

De beneficij Incarnationis magnitudine. Idem ibidem cap. 7.

Incarnatio Filij Dei, magna medicina. Augustinus Serm. 41. in nouis.

Incarnationis filij Dei causa fuit peccatum; quod quò magis multiplicabatur & crescebat, eò magis Christi aduentus accelerare debebat. De hoc argumento vide Lumnium lib. 1. De vicinitate Iudicij, cap. 8.

De Incarnationis beneficio & humani generis redemptione, vide Granatensem Part. 3. Conc. super Dom. 1. Aduentus.

Incarnationis & Eucharistiæ pulchram conuenientiam vide apud Hesselium cap. vlt. Catech.

Quomodo verbum Dei se coarctare potuerit in virginis carnem. August. Serm. 48. in nouis.

Incarnatus non fuisset Deus, si homo non peccasset. Leo serm. 10. De Quadragesima.

Christus carnem suscipiendo, diuinitatem non amisit. August. Serm. 111. in nouis.

Incarnatio Christi quare tam diu dilata. Leo serm. 3. De natiuit. Domini, & Augustin. lib. De prædest. Sanctorum, cap. 5.

Incarnatio Christi præfigurata. Augustin. lib. De peccato orig. cap. 27.

Cur incarnatus sit Deus. Idem lib. De doctrin. Christ. cap. 11. Enchirid. cap. 108.

Misit Deus Pater medicum, inquit idem Augustinus: misit Saluatorem, misit eum qui gratis sanaret. Parum est, qui gratis sanaret, qui sanatis etiam mercedem daret. Nihil addi ad istam beneuo-

uolentiam poteſt. Quis enim eſt qui dicit, Sanem te, & do tibi mercedem? Optimè fecit. Sciebat enim ſe diuitem veniſſe ad pauperem, & ſanat ægrotos, & ſanatis donat, & non aliud quàm ſeipſum donat. Saluator eſt, adiutorium languidi. Ipſe Saluator eſt præmium ſanati. Serm. 13. De verbis Apoſtoli.

Ludebam ego foris in platea, ait D. Bernardus, & in ſecreto regalis cubiculi ſuper me ferebatur iudicium mortis. Audiit hoc Vnigenitus eius: exiit poſito diademate, ſacco veſtitus, aſperſus cinere caput, nudus pedes, flens & eiulans, quia morte damnatus eſſet ſeruulus eius. Serm. 3. De natiu.

Ieſu in carne apparitio, & ineffabilis eſt ſermone omni, & omni ignota intelligentiæ, ipſi quoque antiquiſſimorum Angelorum non ſatis perſpecta primati. Dionyſ. De diuinis nomin. cap. 2.

Diuinam humanamque naturam in vnam conueniſſe perſonam, niſi fides credat, ſermo non explicat, ait D. Leo ſerm. De natiu.

Talia opera fecit illa omnipotens maieſtas in aſſumptione noſtræ carnis, ita mirabiliter ſingularia, & ſingulariter mirabilia, vt talia nec facienda ampliùs ſuper terram. Verbum quippe, & anima, & caro in vnam conuenêre perſonam. Et hæc tria vnum ſunt, non confuſione ſubſtantiæ, ſed vnitate perſonæ. Benard. ſerm. 3. De Aduentu.

Si homo non periiſſet, filius hominis non veniſſet. Nulla enim cauſa veniendi fuit Chriſto Domino, niſi peccatores ſaluos facere. Tolle morbos ac vulnera, & nulla erit medicinæ cauſa. Auguſtinus enarrat. in Pſalm. 49.

Quia naturale eſt vt homines diligentes ſe diligant,

gant, hac humilitate & charitate incarnati Filij Dei, liquefacta est duritia mundi, vt agnosceret saltē beneficiū suæ reparationis, qui non agnouerat excellentiā suæ conditionis. Aug. ser. 19. De Sanct.

Intentio.

De Intentione bona, vide etiam Cornel. A lapide in c. 28. Exod. & in c. 3. Leuit. vbi docet quomodo in omni opere pia intentio sit dirigenda ad Deum.

De hac re vide copiosè ex Scriptura & Patribus Viridarium Busæi, verbo Intentio recta.

Infantes.

In infantibus pereuntibus maximè apparet origilis peccati magnitudo. Prosp. l. 2. De vocat. Gen. c. 21

Infantes sine Baptismo morientes conquerendi de iniustitia Dei causam non habēt. Idem ibid. & c. 21.

Infantes baptizati quomodo iusto iudicio vitam æternam accipient. Hessélius in Symb. cap. 41.

De statu Infantium seu paruulorum sine Baptismo decedentium, lege P. Lessium lib. 13. De diu. perfect. cap. 22. §. 143.

Infantes originali peccato obnoxij nascuntur, ac damnandi sunt, si sine Baptismo moriantur. Augustinus epistolà 89. epistola 105. & epistola 106. Item lib. 1. De pec. mer. cap. 12. 16. 18. 23. 24. 25. 26. 27. & aliis multis locis.

Cur infantiū vnus pereat, & alter ad Baptismum perueniat, cùm vterq; sit ex eadem massa, inscrutabilis est iudicij Dei. Idem lib. 1. De pec. mer. c. 21.

Infantes à sanctis parentibus nati, quare baptizandi sint. Idem lib. 2. De pecc. mer. cap. 25. & lib. 3. cap. 9. & De peccato origin. cap. 39.

Infantes iustè damnandi sunt, etiam qui baptizari non potuerunt. Idē lib. De natura & gratia, c. 8.

In-

Infantes sine Baptismo morientes in damnatione mitissima erunt. Idem lib. 1. De peccat. mer. cap. 16. & Enchirid. cap 93.

Infantes, sicuti sine propria voluntate damnationi obnoxij nascuntur, ita etiam sine eadem saluantur. Idem lib. 6. contra Iulian. cap. 12.

Infantes diabolo per ora gestantium renuntiant. Idem lib. 1. De nupt. cap. 20.

Infantes ad iudicium venient. Idem lib. 2. De peccat. mer. cap. 10.

De Innocentibus pro Christo occisis pulchram Concionem habet Osorius in Festo sanctorum Innocentum.

Vide etiam alios Homiliarios.

Infelicitas.

De Infelicitate peccatorum vide apud Cornelium A lapide in cap 32. Exodi.

Infernus.

Inferni ignis quantus. Vide Cornelium A lapide in cap. 32. Deuter.

Terribile exemplum de Inferno vide apud Costerum in Dom. 4. Septuages. §. 12.

Vide de Inferno Auctores suprà citatos, qui scribunt de quatuor Nouissimis.

Infernalis pœna æterna. August. De fide & operibus, cap. 15.

Infernalis pœnæ acerbitas, vnde attendenda. Dionys. Carthus. art. 36. & 37.

De æternitate pœnarum infernalium. Idem articulo 38.

De vehementia ignis infernalis, & etiam frigoris. Idem ibidem art. 39.

De vniuersitate pœnarum infernalium, quæ omnes

nes & singulas partes hominis eiusque facultates torquebunt. Idem ibidem art. 41.

De varietate pœnarum inferni. Idem ibidem articulo 40. vbi vndecim genera pœnarũ enumerat.

Nullum in inferno solatium erit ex societate. Idem art. 24.

De loci infernalis dispositione & variis nominibus. Idem articulo 43.

De Inferno & pœnis inferorum, amplè & doctè vide Lessium lib. 13. De diuinis perfection. cap. 24. & 25. & Bellarm. lib. 2. De gemitu columbæ, cap. 2. & lib. 2. De arte benè moriendi, cap. 3.

Infidelis, Infidelitas.

Vtrùm omnia opera infidelium sint peccata, vide apud Belliol. lib. 4. De fide, cap. 14.

Infidelitas, per antonomasiam in Scriptura peccatum vocatur. Idem lib. 3. De fide, cap. 9.

Non omne peccatum esse infidelitatem. Idem ibidem.

Pro infidelibus orandum vt conuertantur. Augustinus epistola 107. & De dono perseuer. c. 23.

Non omnia opera infidelium sunt peccata. Idem lib. De spiritu & littera, cap. 27.

Infirmitas.

Infirmitates nouem ex peccato ortæ. A lapide in cap. 8. Roman.

Infirmitates aliorum facilè perferendi rationem indicat August. lib. 83. Q. Q. quæst. 71.

In infirmitate seu morbo impatientia cauenda. Vide Panarium Busæi, verbo Impatientia.

Ingratitudo.

Ingratitudinis exempla vide apud Cornelium A Lapide in cap. 20. Numeror,

Ingra-

Ingratitudinis vitium pessimum. Bern. serm. cont. vitium ingrat.

Vide copiosè ex Scriptura & Patribus de ingratit. In Panario, verbo Ingratitudo.

Inimici.

Inimicis parcendum. Chrysost. Homil. De Dauide & Saule, Tom. 1. vide etiam Homil. sequentem. & Homil. 71. ad pop. Antioch.

Inimici diligendi sunt. August. Serm. 54. in nouis, & Serm. 90. & 100. Vide etiam Chrysostom. serm. De charitate, Tom. 5. & Homilia 27. in Epistolam ad Rom. in mor. exhort.

Inimicorum etiam persequentium cura habenda. Idem Chrysost. Tom. 5. epist. 7.

Inimicis quando ignoscendum ex præcepto. Augustin. lib. De perfect. iust.

Inimicos diligere quomodo dicatur esse perfectorum. August. Enchirid. cap. 73.

Inimico veniam petenti non ignoscere, peccatum mortale est. August. Serm: 11. in nouis.

Ad Inimici dilectionem pulchra exhortatio. Idem ibidem.

Inimici Dei sumus per contrariam voluntatem, non per naturam. Idem lib. 12. De ciuit. cap. 3.

De Inimicorum dilectione vide plura suprà verbo Dilectio.

Iniuria.

Iniuriæ tolerandæ. Vide Christianum Veridicum Ioannis Dauid, cap. 59.

Exempla eorum qui iniurias tulerunt, vide apud Cornelium A lapide in cap. 12. Numer.

Iniuriam pati, melius esse quàm inferre. Chrysost. Hom. 78. ad pop. Antioch.

Vide

Vide pulchrum exemplum de quodam Nobili cui Crucifixus inclinabatur, eò quòd iniuriam dimiserat inimico, apud Costerum super Dom. 21. post Pentecost. §. 18.

Iniuriæ acceptæ ignoscendæ & remittendæ, nec vices malis reddendæ. Cyprian.lib.3.ad Quirin. cap.22.23. & 106. Item August.Serm.62.in nouis.

Quomodo etiam martyrium non prosit sine condonatione iniuriarum, vide exemplum apud Metaphrastem in Nicephoro Martyre.

Iniuriæ condonandæ. Staplet.in Prompt. mor. Dom.1. post Pentecost. text. 3. & Dom. 21. post Pentecost. text. 5. & 7. Vide eumdem Dom. Passionis, text.8.

De Iniuriis & damnis, vide Lessium lib. 2. De Iure & iust. à cap.8.

Iniurias non vindicandas, vide in Panario Busæi, verbo Vindicatio.

Innocentia.

Sacrificia & exempla innocentiæ & innocenter mortuorum vide apud Cornelium A lapide in cap. 12. Exod.

Inobedientia.

Inobedientiæ pœna in primis hominibus. Augustinus lib.1. De nupt. cap.6.

Inobedientia carnis, ex peccato est. Idem lib. 1. ad Bonifac. cap. 16.

Quòd si illa inobedientia concupiscentialis, quæ adhuc in membris moribundis habitat, præter nostræ voluntatis legem quasi lege sua mouetur, quantò magis absque culpa est in corpore non consentientis, si absque culpa est in corpore dormientis. Idem lib. 1.De ciuit. cap.25.

Omnis inobedientia est inexcusabiliter culpabilis, nulla tamen æternaliter damnabilis, nisi quam remedium pœnitentiæ non sanat. Nulla est lethaliter criminalis, nisi quæ contemptum superbiæ non euitat. Bernard. De considerat. ad Eug.

De Inobedientia, plura ex Scriptura & Patribus vide in Panario Busæi, verbo Inobedientia.

Insidiæ.

Quomodo tribus modis diabolus insidietur nostris operibus, vide pulchrè apud D. Gregorium lib. 1. Moral. cap. 38.

Inuidia.

De Inuidiæ peccato. Granatensis Concil. 2. super Dom. 16. post Pentec.

Vide etiam Petrum Besse in suo Quadragesimali super Fer. 3. post Dom. 4 Quadrages.

De Inuidia & liuore. Chrysost. Homil. 44. & 45 ad pop. Antioch.

Inuidiæ octo proprietates tractat A lapide in Epistolam ad Philipp. c. 1. vide eumd. in c. 37. Genes.

Inuidia magnos inuadit. Idem in cap. 16. Numerorum.

Quomodo possunt fieri boni, qui sunt in bono mali? Aut quomodo eos punient mala sua, quos etiam bona puniunt aliena? Prosper De vita contempl. lib. 3. cap. 9.

Frustrà opem misericordiæ cælestis expectas, si fructibus alienæ virtutis inuideas. Ambrosius in cap. 4. Luc.

Inuidia peccatum mortale est, proueniens ex ambitione gloriæ. Hessel. in Decal. cap. 126.

De Inuidia vide etiam Gregor. lib. 5. Moral. c. 33. Basilium ex professo Orat. 10. & Hessel. suprà.

Inui-

Inuidus sui ipsius tortor est. Hesselius ibidem. vnde D. Bernardus inquit,

Tristius inuidiâ nihil est, quæ protinus ipsum
Auctorem torquet excruciatque suum.

De interiori domo, cap. 61.

De Inuidia copiosè ex Scriptura & Patribus vide in Panario Busæi, verbo Inuidia; & Staplet. in Dom. 3. Quadragef. text. 2. & Cypr. De zelo & liuore.

Ioannes Baptista.

De S. Ioanne Sermonem habet Augustinus Sermone 109. in nouis, 110. & 111.

De decollatione S. Ioannis Baptistæ vide Augustinum Serm. 116. & 117. in nouis.

Ioannis Baptistæ natiuitas potiùs quàm passio quare colatur. Bernard. Serm. 2. De Petro & Paulo.

De S. Ioanne Baptista Homiliam etiam habet D. Chrysost. Tom. 3.

Pulchrum de eo encomium lege apud eumdem serm. 8. De eodem. vide Cornelium A lapide in cap. vlt. Leuitic. vide copiosè Suarez in 3. Part. D. Thomam Tom. 2. & Stellam in Lucam.

Iordanis.

De septem priuilegiis Iordanis vide apud Cornelium A lapide in cap. 34. Numer.

S. Ioseph.

De S. Iosepho sponso B. Mariæ, vide copiosè Suarez in 3. Partem D. Thomæ, quæstione 29. Disput. 8.

Vide de eodem duas Conciones apud Osorium in Tomo De Sanctis. Item Legendam Flandricam Matthiæ Lamberts Episcopi Brugensis.

Vide etiam Cornelium A lapide de vtroque Iosepho in cap. 39. Genes.

De Iosephi Patriarchæ persecutione & mercede, vide pulchrè Stapleton. in Dom. 4. post Epiphaniam, text. 1.

De eius præclaris & admirandis virtutibus, vide Cornelium A lapide suprà.

Vitam S. Iosephi Patriarchæ habet Bellarm. in Principe Christiano.

Ioseph quomodo Pater Christi dicatur. August. lib. 1. De nupt. cap. 14.

Inter Ioseph & Mariam nulla carnalis commixtio fuit. Idem ibidem, & cap. 12.

Ira.

De Ira pulchrè & copiosè vide Granatensem per duas Conciones super Dom. 5. post Pentec. item Chrysost. Hom. 29. 30. & 31. ad pop. Antiochen.

Gradus Iræ, eiusque remedia vide apud Cornelium A lapide in cap 4. Ephes.

Pulchram admonitionem, ne cuipiam facilè irascamur, habet ex Seneca Cornelius A lapide in cap. 10 Leuitici.

De Ira etiam Hesselius in Decal. cap. 164.

Iræ resistendum ne cogat delinquere. Cyprian. lib. 3. ad Quirin cap 8.

Magna ira est quando peccantibus non irascitur Deus. Hieron. lib 1. epistola 38.

Qui cum causa non irascitur, peccat. Patientia enim irrationabilis vitia seminat, negligentia nutrit, & non solùm malos, sed etiam bonos inuitat ad malum, inquit Chrysost. Hom. 11. in c. 5. Math. Tom. 2.

Ira libido est vlciscendi. Aug. lib. 14. De ciu. c. 15.

Irasci

Irasci Dei, est punire. Idem lib. 15. De ciuit. cap.25.& epistola 157.

De Ira, eiusque remediis, vide plura ex Scriptura & Patribus in Panario Busæi, verbo Ira vel Iracundia. & Lessium lib. 4. De Iure & iustit. cap.4. dub 4.

Iudæi.

Iudæorum Christum persequentium malitia & pertinax perfidia. Cypr. epistola 81. ante med.

Multa de Iudæis vide apud eumdem lib. 1. ad Quirin. prioribus capitibus.

Iudæorum templa, sacrificia, & vnctiones, mysticè Christum præfigurarunt. Augustinus lib.1. De consensu Euang cap. 13.

Iudæi post mortem Christi per vniuersum mundum dispersi fuerunt, vt fidei nostræ testes fierent. Idem ibidem cap. 26. & serm 3. De Epiphan. Vide eumd. lib. 18 De ciuit. cap 46.

Contra Iudæos scripsit quinque Orationes Chrysostomus Tomo 3.

Iudas proditor.

De Iuda proditore Conciones triginta scripsit Nicolaus Oranus.

Iudex.

Quòd Iudex non debeat esse acceptor personarum, vide pulchrè apud Cornelium A lapide in cap 1. Deut.

Iudices in iudicando, vel sententia ferenda, non sint præcipites. Idem in cap. 18. Genes.

De bonis conditionibus Iudicum vide eumdem ibidem. Item in cap. 11. Numer.

Iudices munera accipere prohibentur. Hessels in Decal. cap.250.

De Iudicibus passim multa habes lib. nostrarum Strenarum, in Strenis particularibus, datis Iudicibus seu Præfectis sæcularibus; quæ, si placet, videre poteris.

Tot Iudicibus inops astabo (inquit Augustinus) quot me præcesserunt in opere bono; tot arguentibus confundar, quot mihi præbuerunt benè viuendi exemplar. In Meditat.cap.4.

De Iudice sæculari vide amplissimè Lessium lib. 2. De Iure & iustit. sect.4. cap.29.

Iudicium.

De extremo Iudicio & signis eius vide Marulum lib. 6. per multa capita, & Peraldum in Summa virtutum, De dono timoris. item Auctores suprà citatos, qui de quatuor Nouissimis scribunt. item Lessium lib. 13. De perfect. diu. cap. 22. item Bellarm. lib. 2. De arte benè moriendi, cap. 2. vbi etiam adfert sex rationes ob quas futurum sit Iudicium generale, præter particulare.

De iudicandorum variis generibus vide pulchrè Gregorium lib.26. Moral.cap.24.

Iudicij horror, & eius collatio cum diluuio tempore Noë. A lapide in cap. 7. Genes. sub finem.

Exempla formidantium Iudicium vide apud eumdem in cap. 16. Leuitici.

Iudicium damnationis & discretionis. Augustinus lib. 2. De consensu Euang. cap.30.

Iudicij forma quædam cum latronibus cum Christo crucifixis præcessit. D. Leo serm. 4. de Pass. Domini.

Iudicij dies peccatoribus proponendus. Cyprianus epistola 98.

Iu-

Iudicij dies quomodo ignotus. Dionyſ. Carth. De quatuor nouiſſ. ariticulo 33.

Iudicium extremum peccatoribus metuendum, iuſtis autem expectandum & deſiderandum. Auguſtinus Serm. 82. in nouis.

Iudicium Dei magnopere metuendum eſſe, oſtenditur ex his quæ interdum in hoc ſæculo exercentur. De quibus per varia capitula vide apud Leſſium, lib. 13. De perfect. diu. à cap. 4. Vide etiam Dionyſ. Carthuſ. De quatuor nouiſſimis, art. 16. 17. & 18.

Pro Iudicij aduentu Sancti orant. Heſſelius in Orat. Dom. cap. 24.

De ordine, proceſſu, & conſummatione extremi Iudicij Dionyſ. Carthuſ. lib. De quatuor nouiſſimis art. 33.

Iudicium occultum & manifeſtum. Heſſel. in Symb. cap. 39.

Iudicij futuri memoria à vitiis reuocat. Auguſtinus lib. 6. Confeſſ. cap. 16.

Poſt Iudicium duæ ciuitates erunt, quarum vtraque ſuos terminos habebit. Idem Enchirid. cap. 111.

Iudicia Dei & hominum ſæpè diuerſa. Idem lib. 3. Confeſſ. cap. 9.

Quomodo Chriſtus dicatur iudicaturus viuos & mortuos. Idem Enchirid. cap. 55.

In extremo Iudicio, inquit S. Auguſtinus, has res didicimus eſſe futuras. Eliam Thesbiten, fidem Iudæorum, Antichriſtum perſequentem, Chriſtum iudicaturum, mortuorum reſurrectionem, bonorum malorumque diuiſionem, mundi conflagrationem, eiuſque renouationem. Auguſtinus

ſtinus lib. 20. De ciuitate Dei, cap. vltimo.

Sed, vt idem ait, quamuis omnia illa euentura credamus, quibus tamen modis, quóve ordine ſint ventura, magis tunc docebit rerum experientia, quàm nunc valeat conſequi hominis intelligentia.

Si te non inueniat vltimus dies victorem, inueniat vel pugnantem, non captum & victum. Idem Serm. 28. in nouis.

Non ſunt expectanda iudicia humana, vbi ſuffragia præcedunt diuina. Cypr. lib. 2. epiſtola 5.

Si qua eſt præſentis, ita eſt agenda lætitia, vt numquam amaritudo ſequentis Iudicij recedat à memoria. Gregor. Homil. 39. in Euang.

Quiſquis euadere feſtinat diſtrictionem Iudicij ſequentis, per amaritudinem pœnitentiæ omnem ſibi dulcedinem interimat vitæ præſentis. Gregorius lib. 9. Reg. Ind. 4. epiſt. 25.

In die Iudicij non habebit quod timeat videri, qui ſe priùs aſpicit reuelata facie. Ambroſ. ſerm. 3. in Pſalm. 118. verſ. 3.

Deus vt eſt indulgens, ita eſt præceptorum ſuorum exactor, & quidem diligens. Et ſicut ad conuiuia vocat, ſic habitum nuptiarum non habentem ligatis manibus & pedibus extra Sanctorum cœtum foras iactat. Parauit cælum, ſed parauit & tartarum. Parauit refrigeria, ſed parauit & æterna ſupplicia. Parauit inacceſſibilem lucem, ſed parauit etiam perpetuæ noctis vaſtam æternamque caliginem. Cypr. lib 2. epiſtola 7.

Hæc ſit armorum noſtrorum præparatio, hæc diurna ac nocturna meditatio, ante oculos habere, & cogitatione ſemper ac ſenſibus voluere iniquorum ſupplicia, & præmia meritaque iuſtorum, quid negan-

negantibus Dominus comminetur ad pœnam, quid contrà confitentibus promittat ad gloriam. Idem lib.4.epistola 6.

Bonæ ſpei homo, inquit Auguſtinus, ſi eum proficientem vltimus huius vitæ dies inuenerit, iudicabitur potiùs, adiectis illis quæ hîc defuerunt, perficiendus, quàm puniendus. De bono perſeu.c.21.

Veniet in maieſtatis ſuæ gloria Dominus, ſicut ipſe prædixit, aderitque cum eo radians in ſplendoribus ſuis, innumerabilis Angelicarum multitudo legionum, congregabuntur ante thronum potentiæ eius omnium Gentium populi, & quidquid hominum vniuerſis ſæculis toto terrarum orbe progenitum eſt, in conſpectu iudicantis adſtabit. Separabuntur ab iniuſtis iuſti, à nocentibus innocentes, & cùm præparatum ſibi regnum recenſitis miſericordiæ operibus filij pietatis acceperint, exprobrabitur duritia ſterilitatis iniuſtis: & nihil habentes ſiniſtri commune cum dexteris, in ignem ad diaboli & angelorum eius tormenta diſpoſitum omnipotentis Iudicis damnatione mittentur, cum illo habituri pœnæ communionem, cuius elegerunt facere voluntatem. Leo ſerm.4. De coll.

Qui placidus aſcendit, terribilis redibit; & quidquid nobis cum manſuetudine præcepit, hoc à nobis cum diſtrictione exiget. Nemo ergo indulta pœnitentiæ tempora parui pendat, nemo curam ſui, dum valet, agere negligat: quia Redemptor noſter tantò tunc in iudicium diſtrictior veniet, quantò nobis ante iudicium magnam patientiam prærogauit. Gregor. Hom.29.in Euang.

Idem ſic alibi: Sciendum, inquit, quòd nullus piger à talenti acceptione ſecurus eſt. Nullus namque

est qui veraciter dicat: Talentum minimè accepi, non est vnde rationes ponere cogar. Talenti enim nomine cuilibet pauperi etiam hoc reputabitur quod vel minimum accepit. Alius namque accepit intelligentiam prædicationis; ministerium debet ex talento: alius terrenam substantiam accepit; erogationem talenti debet ex rebus: alius nec internorum intelligentiam nec rerum affluentiam accepit, sed tamē didicit artem qua pascitur; ipsa ars ei in talenti acceptionem reputatur. Alius nihil horum assecutus est, sed tamen fortasse familiaritatis locum apud diuitem meruit; talentum profectò familiaritatis accepit. Si ergo nihil ei pro indigentibus loquitur, pro talenti retentione damnatur. Habens ergo intellectum, curet omnino ne taceat: habens rerum affluentiam, vigilet ne à misericordiæ largitate torpescat. Habens artem qua regitur, magnopere studeat vt vsum atque vtilitatem illius cum proximo partiatur. Habens loquendi locum apud diuitem, damnationem pro retento talento timeat, si cùm valet, non apud eum pro pauperibus intercedat: talentum quippe ab vnoquoque nostrûm venturus Iudex exigit, quantum dedit. Consideremus ergo quæ accepimus, atque in eorum erogatione vigilemus. Nulla nos à spirituali opere terrena cura impediat, ne si in terra talentum absconditur, talenti Dominus ad iracundiam prouocetur, &c. Sic Greg. Hom. 9. in Euang.

Iudicij extremi memoria quas habeat vtilitates vide prolixè apud Ioannem Lumnium, lib. 2. De iudicij vicinitate, cap. 21.

Iudicij horrorem ex Scriptura vide apud eumdem ibidē c. 22. Vide etiam A lapide in 2. cap. Rom.

Iudicium

Iudicium aliquando futurum, etiamsi diu differatur, illudque impij quasi terriculamentum rideant; pulchrè ostendit Augustin. Serm.28. in nouis. Et Chrysost. Hom.2. in cap.1. ad Coloss. paulò post illa verba, Qui est imago, &c.

De Iudicio idem Chrysost. Hom.48. & 49. ad pop. Ant.

De Iudicio proprio, & temerario, eiusque remedijs. Vide copiosè ex Scriptura & Patribus in Panario Busæi, verbo Iudicium proprium.

Iudicia Dei occulta tamen iusta. August. lib.1. De ciuit. cap.1.2.

In Iudicio videbitur Christus & ab electis & à reprobis. Idem Serm.17. in nouis, & lib.20. De ciuitate, c 30.

In Iudicio videbimus inuicem corda nostra. Idem Serm.36. in nouis.

Iudicium nouissimum cur dies iudicij dicatur. Idem lib.20. De ciuit. c.1. & 24.

Iudicium extremum futurum probat idem August. lib.20. De ciuit. c.5.6.18.19. & 30.

Ante Iudicium omnes morientur. Idem lib.20. De ciuit. c.20.

In Iudicio bonorum à malis separatio fiet ministerio Angelorum. Idem ibidem cap.27.

In Iudicio cuiusque cogitationes alteri patebunt. Idem lib.22. De ciuit. cap.29.

Iuramentum.

Abstinendum à iuramentis. Chrysost. Hom.4. ad pop. Antioch. Hom.5.6.7.8.10.14.19.27.28. &c. potissimùm Homilia 14. & 19.

De Iuramento eiusque formula Cornelius A lapide in cap.42. Genes. item Lessius De Iure & iustitia

iustitia lib.2. cap.42. & Baïus lib.3 cap.40.Christ. Relig.Instit.Item Hessel.in Decalog.à c.77.& Felisius in Decal. Vide etiam (si placet) Orationem nostram de Iuramento,in lib.Strenarum.

Iuratio falsa grauissimum peccatum. August. Serm.116.in nouis.

Ab omni iuramento abstinendum. Idem ibidem.

Iuramentum in communi sermone non frequentandum. Hessel.in Decal.cap.78.

Iuramentum de re illicita & iniqua temerariè emissum,impleri non debet. August.Serm.117. in nouis, & Hessel.in Decalog.c.76.

Iuramentum ab eo exigere non licet, quem nosti peieraturum. August. Serm.117. in nouis & Hessel.in Decal.c.76.

Dehortatio à peruersa iurandi consuetudine. Chrys.Hom.5.ad pop.Ant.& Hom.7. item Hessel. Decal.c.78.

Iuramenti pœna & punitio. Hessel. ibidem cap.91.

Iurandi consuetudo periurium sæpè inducit. Chrys. Hom.14.ad pop. Antioch.

Multis modis iurando quis periurus fit. Hessel. in Decalog.c.74.

De Iuramento eiusque remedijs vide copiosè ex Scriptura & Patribus, in Panario Ioannis Busæi, verbo Iuramentum.

Iustitia, Iustus.

Iustitia perfectissima hìc non præcipitur. Hessel.in Decalog.cap 213.

Iustitia habita amitti potest Cypr. De hæret. ad Rogat.c.24.

Iustitiæ duo sunt genera, iniurias non irrogare, & illatas

& illatas cùm possis propulsare. Prosper lib. 3. De vita contempl. c. 23.

Iustitia siue animæ sanitas non statim habetur tota, sed paulatim. August. Serm. 105. in nouis.

De iustitia Dei, eiusque ira lege lib. 13. Lessij De perfect. Diuin. per totum. item Staplet. in Prompt. mor Dom. 9. post Pentec. text. 3. Dom. 19. post Pentec. text. 7. & Dom. 24 post Pentec. text. 3.

Iustitia placat Deum A lapide in c. 25. Num.

De iustitia Dei in plectendis sceleratis vide Granatensem Conc. 2. super Dom. 12. post Pent. Part. 2.

In vna eademque causa, alius relinquitur iustitia iudicante, non fato; alius assumitur gratia præstante, non merito. August lib 6. contra Iulian c. 1.

Multum hac in vita profecit, qui quàm longè sit à perfectione iustitiæ, proficiendo cognouit. Idem De spiritu & littera, c. 35.

Deus erit iniustus, si ad eius regnum verus non admittitur iustus. Idem lib 4. contra Iulian c. 3.

Iusti aduentu benedicuntur omnia quæ in domo alicuius sunt. Crespet in Triumpho B. Virginis super Festo Visitationis.

De Iustitia plura ex Scriptura & Patribus vide in Viridario Busæi, verbo Iustitia.

Quomodo vir iustus sit murus patriæ, vide Ambrosium lib. 1. de Abraham, c. 5. in fine.

Iustificatio.

Gratis & sine merito nostro iustificamur. Prosper lib. 1. De vocat. Gent. cap. 17. & sequentibus. & August. lib De spiritu & littera, cap 9. & 10.

Iustificationis initium ex timore. Idem lib. 2. De vocat. Gentium, cap. 27. & Hessel. in Symb. c. 75. & sequent.

Ad

Ad iustificationem non requiritur fides qua quis certò credat, sibi esse remissa peccata. Hessel. in Symb.c.84 & 86.

Iustificatione non solùm peccati remissionem contineri, sed etiam gratiam infundi, Hessel. in Symb.c.82.

Homo iustificatus adhuc eget continua Dei gratia, vt benè operetur. Idem De natura & gratia, c.26.& 33.

Sicut (inquit) oculus corporis etiã plenissimè sanus non potest cernere, nisi candore lucis adiutus, sic homo etiam perfectissimè iustificatus, nisi æterna luce iustitiæ diuinitus adiuuetur, rectè non potest viuere. Sanat ego Deus non solùm vt deleat quod peccauimus, sed vt præstet etiam ne peccemus. Ibidem c.26.

Iustorum etiam sunt merita, sed non quæ iustificationem præcedunt. Idem epistola 105.

Iusti dicuntur etiamsi non careant omni peccato. Idem lib. De perfect. iust. & De natura & gratia, cap.38.

Iustis debetur regnum. Idem lib.4. contra Iulian.c.3.

Nemo iustus in omnibus. Idem lib.2. De peccat.mer.c.12.& De natura & gratia, cap.38.

E duobus iustis, cur vni detur perseuerantia, alteri non detur. Idem lib.2.De dono perseuer.c.8. & 13.

Iustis superbia cauenda. Idem de natura & gratia, c.33.

Iustus sine peccato non viuit, sed benè sine crimine. Idem Enchirid.64.& De natura & gratia, c.38.

Iustorum consolatio. Staplet. in Prompt. mor. Dom.4.

Dom.4.post Epiph.text.5. Dom.6.post Pentec.t.3. item Dom.5. post Pascha, text.3.

Iusti hominis vita tanti apud Deum valet, vt eius intuitu omnem populum ira Dei liberet, aut plurimos etiam conuertat. Chrys. Serm. De virtut. & vit. Tom.5.& sequent.& Hessel.in Decal.cap.71.

Iustus tamquam leo confidit, nec quemquam metuit. Chrys.Hom.8.ad pop. Ant.

Iustorum tanta virtus est, vt non solùm ipsorum verba & corpora, sed etiam ipsa indumenta creaturæ omni vndique sint venerabilia. Idem ibidem.

De Iustitia vide plura ex Scriptura & SS.Patribus in Viridario, verbo Iustitia.

Iuuentus.

De instruenda & catechizanda iuuentute, vide Simonem Vigor Conc.1.super Aduentum.

A iuuentute, imò pueritia seruiendum Deo. A lapide in c.12.Exod.

Iuuentutis vitia describit Augustinus in libris suarum Confess.

Iuuentutis quare maxima ratio habenda, vide Bellarm.Conc.in Dom.Quinquages.

Vicina est lapsibus adolescentia, quia variarum æstus cupiditatum, feruore calentis inflammatur ætatis. Ambros. lib.1. De viduis. Lege eumdem super Psalmum Beati immaculati in via,&c.

L.

Labor.

LABORIS manuum commendatio. Chrysost. Hom.2.ad pop. Antioch.

Quisquis pro salute proximi laborat, primùm sibi

bi ipsi ac deinde proximo vtilitatem adfert. S. Ioannes Damascenus Orat. De defunctis.

Munera diuinæ gratiæ proueniunt dulciùs quoties non sine magnis sudoribus acquiruntur; & minus bonum videri solet pax continuata per otium, quàm reddita post laborem. D. Leo epistola 63.

Laboris encomium & otij vituperium vide apud Pintum in cap. 5. Ezech. & in c. 22. Ezech.

Labor magnus est iniquitas. Idem in cap. 24. Ezech.

Labore omnia acquiruntur, & sine labore res nulla hominibus facilis. Feuardent. in Ruth.

Contra otium & ignauiam vide Stapletonum in Prompt. morali, Domin. Septuages. text. 5. Vide plura infrà, verbo Otium.

Lac, Lactare.

Matres debere lactare proprios filios, vide Cornelium A lapide in cap. 21. Genes.

Lachrymæ.

De Lachrymarum virtute. Chrysost. Hom. 2. in Psal. 50. & Conc. 1. De Lazaro, & Hom. 5. De pœnitentia.

Oratio Deum lenit, sed lachryma cogit: hæc vngit, illa pungit. Hieron. in Isaiam.

O felices lachrymæ, per quas lachrymæ interiores purgantur, per quas peccatorum incendia exstinguuntur. August. in Scala paradisi.

Si adeò dulces sint lachrymæ istæ quæ ex memoria & desiderio tui excitantur; quàm dulce erit gaudium, quod ex manifesta tui visione capietur? Si adeò dulce est flere pro te, quàm dulce erit gaudium de te? Idem ibidem.

Lachry-

Lachrymas confert Martyrum ſanguini Chryſoſt. Hom. 2. in Pſal. 50.

De Lachrymis vide Pintum in Ezechielis cap. 6. ad illa verba, Et dic, Heu, &c. item in cap. 40. ad illa verba, Et ibi lauabunt, &c. Pulcherrimè autem & copioſiſſimè apud Bellarminum in lib. De gemitu columbæ, per totum, & Stapleton. in Prompt. mor. Dom. 4. poſt Paſcha, text. 1. & Dom. 9. poſt Pentec. text. 1.

Lapis.

Chriſtianum hominem inſtar lapidis quadrati eſſe debere, vide apud Cornelium A lapide ex Auguſtino in cap. 3. Epheſ.

Lapſus, Lapſi.

Lapſis in neceſſitate pax non deneganda, etiam ante exactam pœnitentiam. Cypr. epiſtola 59. ante med. & 48.

Lapſis etiam ad inſtantiam Martyrum non ſtatim pacem eſſe dandam. Idem Cypr. epiſtola 91. & 92.

Labi iuſtos quandoque permittit Deus ob certam eorum ac noſtram vtilitatem. Idem epiſtola 104. De dupl. martyrio.

Lapſos deſperare non oportere. Chryſoſt. Hom. 77. ad pop. Antioch.

Maximè illis congruit verecundia, ait idem Cyprian. quorum in delictis damnatur mens inuerecunda. Pulſent ſanè fores, ſed non vtique confringant. Adeant ad limen Eccleſiæ, ſed non vtique vt tranſiliant. Caſtrorum cæleſtium excubent portis, ſed armati modeſtiâ, qua intelligant ſe deſertores fuiſſe. Reſumant precum ſuarum tubam, ſed qua non clangant bellicum. Arment ſe quidem modeſtiæ telis, & quem negando mortis metu, fidei cly-

O peum

peum dimiserant, resumant, sed vt contra hostem diabolum vel nunc armati, non contra Ecclesiam, quæ illorum dolet casus, armatos esse se credant. Multum illis proficiet petitio modesta, postulatio verecunda, humilitas necessaria, patientia non otiosa. Mittant legatos pro suis doloribus lachrymas. Lib. 2. epistola 7.

Idem sic alibi, Nemo (inquit) adhuc importuno tempore acerba poma decerpat. Nemo nauem suam quassatam & perforatam fluctibus, priusquam eam refecerit, in altum denuò committat. Nemo tunicam scissam accipere & induere potest, nisi eam ab artifice perito sartam viderit, & à fullone curatam receperit. Lib. 3. epistola 16.

Si quem de tuis charum mortalitatis exitu perdidisses, ingemisceres dolenter & fleres facie inculta, veste mutata, neglecto capillo, ore deiecto, vultu nubilo, indicia mœroris ostenderes. Animam tuam misera perdidisti, spiritualiter mortua, ambulans, funus tuum portare cœpisti, & non acriter plangis, non iugiter ingemiscis? Idem De lapsis.

Lege plura apud eumdem Cypr. sermone De lapsis.

Laqueus, Laquei.

Laqueis & insidijs plena sunt omnia. Chrys. Hom. 15. ad pop. Antioch.

De varijs laqueis vide Bellarmin. in Psal. 90. ad versum, Ipse liberabit me de laqueo, &c. & lib. 2. De gemitu columbæ, c. 12.

Quocumque pergit homo (inquit Ambrosius) ibi laquei sunt. Laquei in corpore, laquei in lege, laquei in Philosophis, laquei in Religione. Videt enim diabolus aliquem virum religiosum, & in Religione

Religione ipsa eum supplantat, & nimia pietate impium esse contendit. Lib.4.in Luc.

Vide & suprà, verbo Insidiæ.

Laus Dei, Laus vana.

De Laude Dei vide Cornelium A lapide in c.10. Deuter.

Laudandus semper Deus, cur, & quomodo. Idem in cap.15.Exodi.

De laude Dei vide copiosè ex Scriptura & Patribus in Viridario Busæi, verbo Laudatio Dei.

Sancti iam æternæ vitæ participes, inquit Augustinus, recordabuntur ibi miseriarum præteritæ vitæ suæ, & ex earum recordatione alacriùs exurgent in laudem diuinæ gratiæ ac misericordiæ, per quas à tantis miserijs & infirmitatibus eruti sunt. Lib.22.De ciuit.cap.22.

De vana laude & vera vide Cornelium A lapide in cap.7.Exod.

Laudem humanam sectari, vanum est. August. lib.10.Confess.c.36.

Qui, inquit ibidem, laudari vult ab hominibus vituperante te, non defenditur ab hominibus iudicante te, nec eripitur damnante te.

Minus est dedecoris, numquam ad præconium laudis accessisse, quàm de fastigio laudis ruisse. Cypr.lib.2.epistola 7.

Vide plura suprà, verbo Gloria. & Stapler. in Promp.mor.Dom.12.post Pentec.tex.1.& Dom.2. Aduentus,text.8.

Quomodo laus humana inconstans, vide eumdem Dom.3.Aduentus,text.5.

Lectus.

Lectus peccatoris & luxuriæ quis & quantus sit.

ſit. Vide Cornelium A lapide in cap. 3. Deuter.

Lepra.

De lepra, eiuſque varia ſignificatione vide Cornelium A lapide in cap. 13. Leuitici.

Lex, Legiſlator.

Lex quid ſit. Heſſel. in Decalog. cap. 1.

Legis effectus quis ſit. Idem ibidem cap. 2.

Legis nouæ præcepta & veteris ſibi non repugnant. Proſper Part. 2. Promiſſ. & prædict. c. 1

Lex naturæ eſt ipſa recta ratio. Heſſel. in Decalog. cap. 213.

Lex Moyſaica congruo tempore data. Idem ibidem cap. 31.

Lex vetus ceſſatura prædicitur, & noua promittitur. Cypr. lib. 1. ad Quir. cap. 9. 10. & 11.

Lex poſitiua Eccleſiæ obligat in conſcientia. Heſſel. De officio pij viri.

Legis iugum graue: econtrà iugum Domini leue. Cypr. lib. 3. ad Quir. c. 119.

Lex vetus peccata non auferebat. Heſſel. in Decal. c. 121. & Auguſt. Serm. 21. in nouis.

Legis nouæ commendatio habetur Pſalm. 18. Lex Domini immaculata, &c.

Lex Moyſaica quare quinquageſimo die ab occiſo agno Paſchali data ſit. Heſſel. in Decal. c. 32.

Lex Moyſaica quare rarò bona ſpiritualia & æterna promiſerit. Idem ibidem c. 36.

Lex abrogata eſt quoad cærimonialia, non autem quoad moralia. Auguſt. lib. 3. ad Bonifac. c. 4.

Legis cognitio non ſufficit ad benè operandum ſine charitate. Idem De gratia Chriſti, cap. 9. De ſpiritu & littera, c. 4. 8. 9. & 12. & De natura & gratia, c. 40. item Enchirid. c. 81.

Diſtinctio

Diſtinctio inter legem veterem & nouam. Idem De ſpiritu & littera,c.13.17.18.19.21. & 25. & De gratia Chriſti,c.13.

Sub lege eſſe qui dicantur. Idem De natura & gratia c.57.

De lege eiuſque beneficio & encomijs vide Cornelium A lapide in cap.23. Leuit.

De conferentia datæ legis & Pentecoſtes, vide eumdem in cap.19.Exod.

De lege naturali & ſcripta, Chryſoſt. Hom.12. ad pop.Antioch.

Si contra legem non eſſet factum (inquit Auguſtinus) nihil eſſet pœnali ſeruitute coërcendum. Lib.19.De ciuit.c.15.

Naturæ legem nemo ignorare permiſſus eſt (inquit idem Auguſtinus) vt eſſet vnde iudicarentur & illi,quibus lex ſcripta non eſt data. In Pſal.57.

Lex Euangelica non in Scripturis eſt, ſed in ſenſu; non in ſuperficie, ſed in medulla; non in verborum folijs,ſed in radice rationis. Hieron.in Commentar.ad Galat.1.

Legibus malis probantur boni, legibus bonis emendantur mali. Auguſt.contra Creſc.lib.3.c.51.

De lege factorum & lege fidei, pulchras antitheſes vide ex Auguſtino apud Cornelium A lapide in c.3.Rom.§.186.

De lege Dei in genere, ſeu mandatis eius,lege (ſi placet) Documenta noſtra Catholica 15.

Legiſlatores priſci ſuas leges è cælo ſe accipere fingebant. A lapide in cap.19.Exod.

Liber, Libri.

De libro vitæ vide Leſſium lib. De Prædeſt. & A lapide in cap.32.Exod.

De libello repudij. A lapide in c.24. Deut.

Libri Gentilium periculosi,&parcè cauteque legendi. Hessel.in Decal.c.73.

De vitandis & è Repub. profligandis libris vetitis & perniciosis,lege Orat. R^{mi} D.Henrici Cuyckij, tertiam inter Panegyricas.

De fugienda lectione librorum hæreticorum,lege Orationem 3.& 4.Theologicam Guilielmi Estij.

Liberum arbitrium.

Liberum arbitrium per peccatum deprauatum est,non ablatum. Prosper lib.1. De vocat. Gent. cap.8.

Liberum arbirrium per gratiam non tollitur sed sanatur. Idem epistola ad Demetriad.post med.

In libero arbitrio hominis fuit,vt iustitiam desereret, vt autem eamdem reciperet, gratiâ opus habebat. August.Serm.105.in nouis.

Liberum arbitrium per peccatum non esse amissum, licet sit vitiatum, multis argumentis probat Augustinus De gratia & lib.arb.c.2.5.& 15.

Liberum arbitrium non sufficit sibi ad benè operandum. Idem lib.1.De pecc. mer. c.5. lib.2. c.6. De natura & gratia, c.40. De gratia Christi,c.22.& 23.& lib.1.ad Bonif.c.2.

Liberum arbitrium & gratia sunt in opere bono coniuncta. Idem lib.2. ad Bonif. cap.10.& lib.De gratia & lib. arb. cap.15. item De verbis Apostoli, serm.13.

Ad liberum arbitrium pertinet vocantem audire. Idem De natura & gratia,c.64.

Liberum arbitrium etiam erit in cælo. Idem Enchirid. c.105.

Deo (inquit Augustinus) volenti saluare, nullum

lum hominum resistit liberum arbitrium. De corrept.& gratia, c.14.

Ibi sumus veraciter liberi, vbi non delectamur inuiti. Idem lib.1.De nupt.c.30.

Saluberrimè confitemur, inquit idem Augustinus, quod rectissimè credimus, Deum Dominumque rerum omnium, (qui creauit omnia bona valdè, & mala ex bonis oritura præsciuit, & sciuit magis ad omnipotentissimam suam bonitatem pertinere etiam de malis benè facere, quàm mala esse non sinere) sic ordinasse hominum & Angelorum vitam, vt in ea priùs ostenderet quid posset liberum arbitrium, deinde quid posset gratiæ suæ beneficium, iustitiæque iudicium. De corrept. & gratia, cap. 10.

De libertate & seruitute vide Cornelium A lapide in cap.1.Exodi.

Libido.

Libidinem refrænasse, summa victoria est. Cypr. lib. De bono pudicit.

Libidinis signa. Hessel.in Decal.c.188.

Libido frænari potest. August. lib.6. contra Iulian.cap.4.

Libido non est bonum nuptiarum; sed ipsa per nuptias excusatur. Idem lib.1.De nup. c.7.12.14. 16.17.& lib.2.c.26.& lib.5.contra Iulian. c.10.

De libidine vide August. lib.14. De ciuit. c.16. 18.& sequent.

Vide de Libidine infrà, verbo Luxuria.

Lignum vitæ, Lignum Crucis.

Lignum vitæ à morte, senio, ac omni infirmitate præseruasset. Prosper lib.2. De vita contempl. cap.18.

Lignum illud, in quo fixa erant membra patientis, etiam cathedra fuit magistri docentis. August. Tract. 119. in Ioannem, Tom. 9.

Non expauit ad fustes Christianum corpus, cuius spes omnis in ligno est. Cypr. epistola 99.

Vide plura suprà, verbo Crux.

Lingua.

De moderamine linguæ vide Franciscum Arias, in lib. De imitatione Virginis, c. 33. & sequent.

De peccatis varijs linguæ, vide Peraldum in Summa vitiorum, & Bellarm. lib. 1. De arte benè moriendi, c. vlt.

De custodia linguæ, eiusque facili lapsu, vide Besse super Dom. 22. post Pentecosten.

Contra linguæ peccata remedia ostendit Hessel. in Decal. c. 174.

De turpiloquio, quod fit per linguam. Idem ibidem cap. 189.

Lingua benè custodienda. Psalm. 33. 38. 139. & 140.

Lege Bernard. de triplici custodia, manus, linguæ, & cordis.

De peccatis linguæ, eiusque remedijs, vide fusè ex Scriptura & Patribus Panarium Busæi, verbo Linguæ abusus.

Nihil tam facile, inquit Hieronymus, quàm vilem plebeculam & indoctum vulgus linguæ volubilitate decipere, quæ quidquid non intelligit, plus miratur. Epistola ad Nepot.

Quomodo Deus aliter loquatur ad Angelos, aliter Angeli ad Deum; rursus aliter Deus ad Sanctorum animas, aliter Sanctorum animæ ad Deum; denique aliter Deus ad diabolum, aliter diabolus

lus ad Deum, vide Gregorium lib. 2. Moral. cap. 5.

Linguis variis cur olim in primitiua Ecclesia locuti sint, qui Spiritum sanctum acceperunt, non autem modò loquantur. Augustinus Serm. 85. in nouis.

Loquitur mula humana voce per virtutem Angelicam, apud Augustinum in nouis Sermonibus de miraculis B. Stephani.

De lingua maledica, Staplet. in Dom. Passionis text. 3. & Domin. 3. post Pentecost. text. 2.

Litania.

De Litaniis, earumque fructu & vtilitate, vide P. Thomam Sailly, lib. De Litaniis, circa finem.

Locusta.

De locustis, & quid in Scripturis frequenter significent, vide pulchrè apud Gregorium lib. 31. Moral. cap. 19. 20. & 21.

Per locustas in Apocalypsi significari Lutheranos, vide Bellarm. fusè in Controuers. lib. 3. De Summo Pontifice, cap. 23.

Loretum.

De æde Loretana vide P. Canisium lib. 5. cap. 25.

Lucerna.

Præfer tibi lucernam, inquit Ambrosius, quam Propheta monstrauit, (verbum scilicet Dei:) vide quò debeas transferre vestigium, contuere vbi figere pedem mentis internæ. Per singulos hæc cura sit gressus: nulli credas tuum, nisi præeunte lucernæ istius luce processum. Et vbi putas quòd luceat, ibi gurges est, videtur lucere, sed polluit; & vbi putas solidum esse, vel siccum, ibi lubricum est. Sed & si lucerna tibi longiùs sit. Sit ergo fides

tibi itineris tui præuia: sit tibi iter Scriptura diuina. Bonus est cælestis ductus eloquij. Numquam ergo negligamus verbum Domini, ex quo nobis omnium origo virtutum, vniuersorumque operum quidam processus. Si membra corporis nostri sine luce rectè nequeunt operari (nam pedes vacillant sine lumine, manus errant) quantò magis ad verbi lumen dirigenda sunt animæ nostræ vestigia, atque mentis incessus. In Psalm. 118. serm. 14. vers. 1.

Ab hac luce non omnes semper quòd volunt audiunt. Optimus ille qui non magis nititur hoc ab ea audire quod ipse voluerit, sed potiùs hoc velle & facere quod ab ea audierit. August. lib. 10. Confess. cap. 16. Vide plura infrà, verbo Verbum Dei.

Luctus.

Quinam & quæ lugenda hîc sint, vide Chrysost. Homil. 69. ad pop. Antioch.

Pro defunctis non esse lugendum, sed orandum. Idem ibidem Hom. 70.

Religiosa tristitia aut alienũ peccatum luget, aut proprium: nec de hoc dolet, quod diuinâ iustitiâ agitur, sed de eo mœret quod humana iniquitate committitur. D. Leo serm. in Festo omnium Sanctorum. Vide plura suprà, verbo Lachrymæ.

Lumen.

Ortus multorum Sanctorum præsago lumine demonstratus. Exempla vide apud Cornelium A lapide in cap. 24. Numer.

Lutherus.

De Luthero vide Lumnium lib. 2. De vicinit. Iudicij, cap. 15. 16. & 17.

Luthe-

Lutheri ſuperba & præſumptuoſa de ſemetipſo verba, vide apud Hoſium in Explicat. quarti Præcepti.

Lutheri & aliorum hæreticorum familiaritatem cum diabolo, & malis geniis, vide apud Cornelium A lapide in cap. 4. 1. ad Timoth.

Lutheri & S. Franciſci de Paula comparationes vide apud Bellarm. in Conc. De gloria miraculorum, ſub finem.

Luxus.

Contra Luxum & crapulam Chryſoſt. ſermone quodam Tomo 5.

De luxu veſtimentorum vide Staplet. in Dom. 2. Aduentus text. 10. & F. Coſterum in eamdem Dominicam.

Vide etiam ſuprà, verbo Deliciæ.

Luxuria.

De Luxuria vide Auguſtinum Serm. 128. in nouis, & Staplet. in lib. De ſeptem peccatis mortal. Homil De luxuria. item in Prompt. mor. Dom. 2. poſt Penteceſten, text. 6.

Remedium luxuriæ & libidinis vide apud Chryſoſt. ſerm. De continentia Ioſeph, Tom. 1.

Contra luxuriantes & deliciis deditos agit idem Chryſoſtom. Homil. 55. ad pop. Antioch.

Luxuriæ vindices. A lapide in cap. 25. Numer.

Nihil eſſe ſentio, ait S. Auguſtinus, quod ita ex arce virtutis deiiciat virilem animum, quàm blandimenta feminarum, corporumque ille contactus, ſine quo vxor haberi non poteſt. 1. Soliloq.

De Luxuria eiuſque remediis vide copiosè ex Scriptura & Patribus in Panario, verbo Luxuria.

Quo-

Quomodo luxuria & auaritia duæ dominæ, vide August. Serm. 128. in nouis.

M.

Machabæi.

De laude matris Machabæorum vide Chrysost. Homil. 4. De verbis Isaiæ, Vidi Dominum, Ezech. Tom. 1.

Magi, Magia.

De Magia, Magis, & eorum potentia vide Cornelium A lapide in cap. 7. Exod.

Lege etiam Binsfeldium De confess. malefic. Malleum maleficarum, & Disquisitiones Martini Delrio.

De tribus Magis qui Christo munera obtulerunt, Fulgent. serm. 5. De Epiphania, & Leo serm. 1. De Epiph. Habet autem sermones de ista solemnitate.

Contra Magorum incantationes remedium est Sacrificij oblatio. August. lib. 22. De ciuitate, cap. 8. Vide etiam in Breuiario in festo S. Cypr. 26. Septembr.

Magi potestatem non habent in eos qui verè Deum colunt. Ibidem.

De Magia vide Lessium lib. 2. De Iure & iustit. cap. 24. dubit. 4. & sequent.

Magnificentia.

Magnificentia Dei in quatuor rebus ostenditur, Bellarm. lib. 1. De Principe Christiano, cap. 11.

Maledictum, Maledictio.

De Maledicto D. Gregorius lib. 4. Moral. cap. 5.

Male-

Maledictio parentum erga filios aliquando effectum sortitur. Augustinus Serm. 91. in nouis & Serm. 95.

Maledictiones vitandæ & cauendæ. Cyprianus lib. 3. ad Quirin. cap. 13. & 107. & Hessel. in Decalog. cap. 172.

Maledicentibus benedicendum. Chrysostomus lib. 1. De compunctione cordis, Tomo 5.

Maledicere quid, & quàm graue peccatum sit. Hessel. in Decalog. cap. 172.

De maledictione vide fusè ex Scriptura & Patribus Panarium Busæi, verbo Maledictio. Item Staplet. in Prompt. mor. Dom. 9. post Pentecost. text. 1. & Dom. Passionis, text. 3.

Maleficium.

An maleficium alio maleficio tollere liceat. August. lib. 83. QQ. quæst. 79.

An liceat signa maleficiorum tollere, eo fine vt diabolus desinat nocere. Lessius lib. 2. De Iure & iustit. cap. 44. dubit. 6.

Vide de Maleficiis suprà, verbo Magia.

Mali, Malum.

Mala esse Deus non permitteret, nisi tam potens esset, vt de iis etiam benefacere posset. August. lib. 22. De ciuit. cap. 1.

Malorum causa Deus esse non potest. Idem lib. 83. QQ. quæst. 4. & 21.

Malos quandoque tolerat Ecclesia Dei, ne prouocati magis perturbent populum Dei. Cyprianus epistola 104. De dupl. martyr. post med.

Malorum hominum conuersatio vitanda, bonorum amplectenda. Cyprian. lib. 3. ad Quirin. cap. 95.

Mali

Mali nihil euenire poteſt his quos Deus protegit. Chryſoſt. in cap. 31. Geneſ.

Mali quem vſum in Eccleſia Dei habeant, & quare Deus eos in domo ſua habitare permittat, Auguſt. Serm. 90. in nouis.

Propter malos nemo ſe ab Eccleſia ſeparare debet. Idem lib. 2. contra epiſt. Parm. per totum, & lib. 3.

Malitia perſonam virtutis ſibi ſumit. Chryſoſt. ſerm. De fide & lege naturæ, Tomo 3.

Per malos diuina prouidentia aliquando opitulatur & adiuuat. Auguſt. lib. 83. QQ quæſt. 27.

Mala, incommoda, flagella & aduerſa quæ hîc patimur, adſcribenda peccatis noſtris. Cyprianus contra Demetriad. poſt init.

Mala euertenda & virtutes introducendæ. Chryſoſt. Comment. in Epiſt. ad Epheſ. cap. 4. Hom. 6. in mor. Tom. 4.

Malos quiſquis non imitatur, offendit. Cyprianus epiſtola ad Donat. circa med.

Quamuis ea quæ mala ſunt, in quantum mala ſunt, non ſint bona, inquit Auguſtinus, tamen vt non ſolùm bona, ſed etiam ſint & mala, bonum eſt. Nam niſi eſſet hoc bonum vt eſſent & mala, nullo modo eſſe ſinerentur ab omnipotenti bono. Enchirid. cap. 100.

Feruntur ſemper mali ſuo furore dementes, & poſteaquam ſcelera fecerunt, conſcientia ipſa ſceleratæ mentis agitantur, nec remanere in Eccleſia Dei poſſunt, qui deificam & Eccleſiaſticam diſciplinam nec actus ſui conuerſatione, nec morum pace tenuerunt. Cypr lib. 2. epiſtola 8.

Multa fiunt à malis quidem contra Dei voluntatem, ſed tantæ eſt ille ſapientiæ tantæque virtutis,

vt

vt in eos exitus siue fines, quos bonos & iustos ipse præsciuit, tendant omnia quæ voluntati eius vocantur aduersa. August. lib. 22. De ciuitate, cap. 1.

Sicut bono vti malè malum est, ita malo benè vti bonum est. Idem lib. 1. De peccatorum meritis, cap. 29.

Benè vtitur bono, continentiam dedicans Deo; malè vtitur bono, continentiam dedicans idolo: malè vtitur malo, concupiscentias relaxans adulterio; benè vtitur malo, concupiscentiam restringens connubio. Idem ibidem.

Mala quæ hîc non puniuntur, in alteram vitam punienda conseruantur. Idem Enchir. cap. 66.

Mali semper bonis permixti fuerunt in Ecclesia Dei. Idem epistola 89.

Malis ad hoc prosunt bona opera vt mitiùs puniantur. Idem lib. 4. contra Iul. cap. 3.

Mali quandoque in Ecclesia tolerandi, quandoque eiiciendi. Idem De fide & oper. cap. 5.

Mali tolerantur vt fiant boni. Stapletonus in Prompt. mor. Dom. 6. post Epiphan. text. 7. & 8.

Manna.

De Manna, quid significet & figuret, vide pulchrè Cornelium A lapide in cap. 16. Exodi.

Vide etiam Sebastianum Barradium lib. 3. cap. 19. Itinerarij. Item P. Muranum serm. 2. de Eucharistia.

Mansio.

Mansiones Israelitarum quadraginta duæ ordine recensentur Numer. 33.

Et ibidem mysticè explicantur apud eumdem A lapide. vide etiam Sebastianum Barradium in suo Itinerario.

Man-

Mansuetudo.

Mansuetudinis commendatio. Chrysost. serm. De mansuetudine, Tom. 5.

In mansuetudine Christus imitandus. Idem Homil. 52. ad pop. Antioch.

De Mansuetudine, pulchra etiam vide apud Cornelium A lapide in cap. 12. Numer.

De Mansuetudine copiosè tractatum vide ex Scriptura & Patribus in Viridario, verbo Mansuetudo.

Maria.

Mariam pulchrè opponit Euæ & Christum Adamo Chrysostomus Homil. De interdict. arbori, Tom. 1.

De Mariæ typis & figuris vide Canisium lib. 1. cap. 2.

De Mariæ laudibus & patrocinio vide Bellarminum Conc. 2. super Missus, circa med. & Con. 1. circa finem. & Peraldum in Summa virt. De spe, cap. 3.

De Mariæ perpetua virginitate. Hieronymus Tomo 2.

Ad Mariam pulchra inuocatio est apud Bernard. serm. 2. de Aduentu.

De cultu Mariæ vide Felisium in Decalog.

De Maria lege iterùm Bellarm. lib. 1. De septem verbis Domini, cap 12.

Maria quid significet. A lapide in cap. 15. Exod.

Quòd multi Duces per opem B. Mariæ insignes sint consecuti victorias, vide eumdem in cap. 31. Numerorum.

Quàm bonum & vtile sit B. Mariæ virgini ser-

ſeruire, pulchro miraculo declaratum vide apud Antonium Bonfinium libro 3. Hiſtor. Hungar. Decade 3.

Maria virgo poſt partum permanſit. Fulgent. ſerm. 3. de Natiuit. Domini. Chryſoſt. in cap. 7. Iſaiæ, ad illa verba, Propter hoc dabit vobis ipſe ſignum.

Mariæ tria bona, contra tria Euæ mala. Fulgentius ſuprà.

Beata Maria cur dies Purificationis obſeruauerit. Bernard. ſerm. 3. in feſto Purif.

Maria de ſemine Dauid fuit. Auguſt. lib. 2. De conſenſu Euang. cap. 2. & Chryſoſtom. Homil. 2. in Matth.

De Conceptione Mariæ. Bernardus epiſtola 174.

De Maria tractat etiam Heſſel. in Symb. cap. 23. & 24. & Baïus in Symb. ad illa verba, Natus ex Maria virgine. Item Catechiſm. Concilij Trident. ibidem.

Talis fuit Maria, inquit Ambroſius, vt eius vnius vita, omnium ſit diſciplina. Lib. 2. De virginitate.

Euæ inobedientiæ nodus ſolutionem accepit per obedientiam Mariæ. Quod enim alligauit virgo Eua per incredulitatem, hoc virgo Maria ſoluit per fidem. Irenæus lib. 3. cap. 33.

Eua credidit ſerpenti, vt libidine corrumperetur: Maria credidit Angelo, vt ſine libidine fœtaretur. Auguſt. lib. 1. De pecc. mer. cap. 28.

Solus ſine peccato natus eſt, quem ſine virili complexu, non concupiſcentiâ carnis, ſed obedientiâ mentis virgo concepit, ſola noſtro vulneri medici-

dicinam parare valuit, quæ non ex peccati vulnere germen piæ prolis emisit. Idem ibidem cap. 29.

Mater generis nostri pœnam intulit mundo, genitrix Domini nostri salutem attulit mundo. Auctrix peccati Eua, auctrix meriti Maria. Eua occidendo obfuit, Maria viuificando profuit. Illa percussit, ista sanauit. Idem serm. 2. De Annunt.

Quidquid in laudem matris proferimus, id ad Filium pertinet: & cùm Filium honoramus, à gloria matris non recedimus. Bernard. serm. 4. super Missus.

Maria corde erat humilis, verbo grauis, animo prudens, loquendi parcior, legendi studiosior, non in incerto diuitiarum, sed in Deo spem ponens; intenta operi, verecunda sermone, nil toruum in oculis, nihil procax in verbis, nihil in actu inuerecundam: non gestus fractior, non incessus solutior, non vox in ea petulantior; vt ipsa corporis species simulachrum fuerit mentis, & figura probitatis. Ambros. lib. 2. De virgin.

Accipe quascumque exiles, quascumque meritis tuis impares gratiarum actiones: & cùm susceperis vota, culpas nostras orando excusa, ô beata Maria. Admitte nostras preces intra sacrariū exauditionis, & reporta nobis antidoton reconciliationis. Sit per te excusabile, quod per te ingerimus; Sit impetrabile, quod fida mente poscimus. Accipe quod offerimus, dona quod rogamus, excusa quod timemus; quia tu es spes vnica peccatorum. August. serm. 18. de Sanctis.

O quisquis te intelligis in huius sæculi profluuio magis inter procellas & tempestates fluctuare,

quàm

quàm per terram ambulare; ne auertas oculos à fulgore huius sideris, si non vis obrui procellis. Si insurgant venti tentationum, si incurras scopulos tribulationum, respice stellam, voca Mariam. Si iactaris superbiæ vndis, si ambitionis, si detractionis, si æmulationis; respice stellam, voca Mariam. Si iracundia, aut auaritia, aut carnis illecebra nauiculam concusserit mentis; respice ad Mariam. Si criminis immanitate turbatus, conscientiæ fœditate confusus, iudicij horrore perterritus, barathro incipias absorberi tristitiæ, desperationis abysso; cogita Mariam. In periculis, in angustiis, in rebus dubiis Mariam cogita, Mariam inuoca. Non recedat ab ore, non recedat à corde; & vt impetres eius orationis suffragium, non deseras conuersationis exemplum. Ipsam sequens non deuias, ipsam rogans non desperas, ipsam cogitans non erras. Ipsa tenente non corruis, ipsa protegente non metuis, ipsa duce non fatigaris, ipsa propitia peruenis, &c. Bern. serm. 3. super Missus.

De Maria virgine pulchrè scripsit Petrus Canisius, Franciscus Costerus, Adrianus Mangotius, Franciscus Arias, Martinus Delrio, &c.

De miraculis B. Mariæ Hallensis, & Aspricollis, scripsit Iustus Lipsius, &c.

De Assumptione B. Mariæ lege, si placet, Orationem nostram, quæ habetur in lib. Strenarum.

Maritus, Mariti.

De officio Mariti erga vxorem & econtrà, vide Hessel. in Decalog. cap. 137. & Feuardent. in Ruth, cap. 1. item Chrysost. Homil. 20. in Epistolam ad Ephes.

Marito subesse debet vxor, eumque tamquam

caput suum agnoscere. Augustin.quæst. 59. super Numer.

Vide etiam Auctores suprà citatos, qui scribunt in Decalog.

Mater, Matres.

Matres piæ, proles natas offerre solent Deo. Exempla vide apud Cornelium A lapide in cap. 29. Genes.

Matris erga filios cura. August. lib. 3. Confess. cap. 11.

Matres lactare debent filios proprios. A lapide in cap. 21. Genes. & Hessel. in Decalog. cap. 135.

Parentum de liberis cura. Stapleton. Domin. 2. Aduentus, t. 2. & Domin. 1. post Epiphan. text. 3. item Dom. 20. post Pentecost. text. 3.

Martyres, Martyrium.

Martyres imitandi. Lege Lectiones Augustini in Breuiario, Nocturno secundo, de pluribus Martyribus.

De Martyriis puerorum variorum exempla lege apud Costerum super Domin. 1. post Epiphaniam, §. 10.

De Martyrum gloriosa fortitudine, vide Cornelium A lapide in cap. 49. Genes.

Martyres quantopere Christum desiderauerint, vt & alij Sancti, vide exempla apud eumdem ibidem.

De Martyrio tractat P. Coninck lib. De septem Sacramentis.

De Martyribus duas Homilias habet Chrysost. Tomo 3.

Ad Martyrium pulchra exhortatio. Cypr. epistola 63. ad Tibaritanos, & 69. ex professo.

Mar-

Martyrium Dei donum eſt. Idem ibidem.

Martyres ſunt, infantes ab Herode propter Chriſtum occiſi. Idem ibidem. & Bern. ſerm. de Innocentibus.

Martyrij bona & fructus. Cyprian. lib. 3. ad Quirin. cap. 16.

De Martyrio puerorum. Idem epiſt. 99. circa finem. & Auguſt. epiſt. 108.

Martyres quomodo Deo teſtimonium perhibeant. Idem epiſt. 104. De dupl. martyr.

Martyrium teſtimonium omnium illuſtriſſimum & efficaciſſimum. Idem ibidem.

Martyrem non ſupplicium facit, ſed cauſa. Idem ibidem inter princip. & med. & Auguſt. Serm. 1. de S. Vincent. in nouis, & 124.

Martyrum ſanguine irrigata ſeges Eccleſiæ, vberiorem fructum protulit. Cypr. ſuprà.

Martyrium ſupplet Baptiſmi locum. Bern. ſerm. De Innocent.

Martyrium multi etiam in lecto ducunt. Auguſtin. Serm. 108. in nouis.

Nihil ſimile habent conſtantia Martyrum & pertinacia hæreticorum, inquit Bernardus; quia mortis contemptum in illis pietas, in iſtis cordis duritia operatur. Serm. 66. in Cantica.

Quamuis occaſio perſecutionis deſit, ait S. Gregorius, habet tamen & pax noſtra martyrium ſuum: quia etſi carnis colla ferro non ſubiicimus, ſpirituali tamen gladio carnalia deſideria in mente trucidamus. Hom. 3. in Euang.

Baptiſmate martyrium in gratia maius eſt, in poteſtate ſublimius, in honore pretioſius. Cypr. in Exhort. ad Martyres.

O beatam Ecclesiam nostram, quam sic honor diuinæ dignationis illuminat, quam temporibus nostris gloriosus Martyrum sanguis illustrat! Erat antè in operibus fratrum candida, nunc facta est in Martyrum cruore purpurea. Floribus eius nec rosæ nec lilia desunt. Cypr. lib. 2. epistola 6.

In tribus pueris non fuit minor dignitas martyrij, quòd morte frustrata de camino ignis incolumes exierunt: aut non consummatus in suis laudibus extitit Daniel, quòd qui leonibus missus fuerat, protectus à Domino vixit ad gloriam. In Confessoribus Christi dilata martyria non meritum confessionis imminuunt, sed magnalia diuinæ protectionis ostendunt. Idem lib. 3. epistola 1.

Iniuriam facit Martyri, qui orat pro Martyre. August. serm. 17. De verbis Apostoli.

De Martyrio pulchra dicta lege in Apophthegmatibus Christianis Laurentij Beyerlinck, verbo Martyrium.

Copiosissimè autem vide apud Ioannem Busæum in Viridario, verbo Martyrium.

Nimis absurdum est, nimia satietate velle honorare Martyrem, quem scias Deo placuisse ieiunio. Hieron. epistola ad Eustoch.

Matrimonium.

De Matrimonio lege multa & varia apud Adrianum Mangotium in Monitis sacris, Parte 2. Mon. 10. 34. & 69. & Part. 3. Mon. 67. & 115.

Matrimonium ratum non consummatum dissolui posse, multis exemplis demonstratum vide apud Bellarminum in Controuers. libro 2. De monach. cap. 38.

De matrimonij benedictionibus, earumque virtute

tute vide Ioannem Nider in suo Præcept. ad Præceptum 3. cap. 7.

De variis Sanctis qui in matrimonio virginitatem seruarunt, vide Costerum super Dom. 2. post Epiphan. §. 2. & Canisium lib. 1. De B. Virgine, cap. 11.

Matrimonium non diuellendum absque mutuo consensu. Hieron. epist. 14. ad Celantiam De instit. matr. fam. Tom. 1.

De malis matrimonij, ut zelotypia, &c. vide Cornelium A lapide in cap. 5. Numer.

Matrimonium cum infidelibus non iungendum. Cypr. lib. 3. ad Quir. cap. 62.

Matrimonium verum est etiam inter eos qui ex mutuo consensu continent. August. lib. 2. De cons. Euangelist. cap. 1.

Matrimonij laus & commendatio. Chrysost. Homil. 4. De verbis Isaiæ, Vidi Dominum, &c.

In matrimonio fides & pudicitia seruanda. Cyprianus De bono pudicit.

De Matrimonio quod eget dispensatione. Hesselius in Decalog. cap. 184.

Matrimonium inter consanguineos quibus de causis prohibeatur. Idem ibidem.

Monitiones salutares ad matrimonio iunctos, vide, si placet, in omnibus Strenis nostris particularibus, datis coniugatis.

De celebratione matrimonij latè tractat Laurentius Beyerlinck, Parte 3. suarum Conc.

Matrimonium, vinculum insolubile. August. lib. 1. De nupt. cap. 10.

Ratio Sacramenti in matrimonio in quo consistat. Idem ibidem, & lib. 5. contra Iulianum, cap. 9.

Matrimonij bona. Idem De peccato orig. cap. 33. & 34.

Matrimonium verum fuit inter Ioseph & Mariam. Idem lib. 1. De nupt. cap. 11. & lib. 5. contra Iulian. cap. 9. Sicuti etiam est inter eos qui mutuo consensu à concubitu abstinent. Idem lib. 1. De nupt. cap. 11. & 12. & lib. 5. contra Iulianum, cap. 9.

Matrimonium cum infidelibus contrahere, est membra Christi Gentibus prostituere. Idem lib. De fide & operibus, cap. 19.

De Matrimonio vide etiam suprà, verbo Coniugium.

Mediator.

Mediator Christus ad salutem necessarius. August. Enchir. cap. 108.

Mediator inter duo constituitur. Idem de verbis Apostoli, serm. 13.

De Mediatore vide eumd. August. lib. 10. Confess. cap. 42. & serm. 12. De verbis Apostoli. Item Leon. serm. 1. De Natiuit. & serm. 12. De Pass. Domini, &c.

Medicina, Medicus.

De Medicis & Medicina, Besse super Dom. 23. post Pentecost. & Melchior de Flauin lib. De statu animarum.

Medicus Christus, ægrotus homo. Vide pulchrè August. serm. 9. De verbis Apostoli. & A lapide in cap. 1. ad Timoth.

Meditatio.

De Meditatione matutina, & vespertina seu nocturna, eiusque fructibus. A lapide in cap. 6. Deuter.

Vide

Vide etiam Franciscum Costerum Part. 1. Conc. in Præfat. circa finem.

De meditatione beneficiorum Dei, vide copiosè Stapleton. in Promptuar. mor. Dom. infra Octauam Natiuit. Domini; text. 1. & Dom. 1. post Epiph. tex. 6. & Dom. 6. post Epiph. t. 4. & Dom. Septuagesimæ, text. 7.

Membra.

Quorumdam membra instrumenta & arma iniquitatis & iniustitiæ, quorumdam verò virtutis & iustitiæ. Chrys. Homil. 4. ad pop. Antioch.

Memoria.

De memoria Passionis Dominicæ. Staplet. in Prompt. mor. Dom. Quinquages. text. 1.

Vide etiam infrà, verbo Passio.

Memoriæ quanta vis sit. August. 10. Confess. c. 8. 13. & 17.

An memoriam habeant bestiæ & aues. Idem lib. 10. Confess. c. 17.

Quomodo memores esse debeamus vitæ beatæ. Idem ibidem c. 21.

De memoria peccatorum. Chrys. Hom. 46. ad pop. Antioch.

De excludenda quoque vitiorum memoria, idem Sermonem habet Tomo 5.

Mendacium.

Mendacium octauo Decalogi præcepto prohibetur. Hessel. in Decal. c. 212.

Mendacium deponendum. August. Serm. 51. in nouis.

Mendacium non ex nudis verbis sed ex voluntate dicentis æstimatur. Idem lib. 2. De consensu Euangelist. c. 28. circa finem.

Mendacium maximè nocet. Idem Enchir.c.17.

De mendacio vide eùmdem August. Enchirid. c.18.& 22.

Non mentiendum modestiæ causâ. Idem De natura & gratia,c. 34.

De mendacio Iacob Patriarchæ, an peccatum fuerit. A lapide in c.27.Genes.

De mendacio obstetricum Ægyptiarum. Idem in c.1.Exod.

Mendacia non diu fallunt (ait D.Cypr.) Tam diu nox est, donec illucescat dies: clarificato autem die,& sole oborto, luci tenebræ & caligo cedunt,& quæ grassabantur per noctem latrocinia cessant. Lib.1.epistola 3.

Qui ad malum motus est mendacio fallente, multò magis ad bonum mouebitur veritate cogente. Idem contra Demetr.

Veritate sunt cauenda, veritate capienda, veritate retundenda mendacia. August. lib. contra mendac. cap.6.

De Mendacio plura vide apud Hessel.in Decal.à c.212.& Felis.ibidem, Baïum in octauum Præcept. Decalog. & Catechis. Tridentinum ibid. Fusissimè autem Busæum in Panario, verbo Mendacium.

Merces.

Mercedem benè operanti promittit Deus æternam. August.Serm.100.in nouis.

Merces operariorum non detinenda. Hessel. in Decal.cap.204.

Merces laborum æterna. Stapl.in Promp.mor. Dom.Septuages.text.6.& 7.& Dom.2. Quadragesimæ,text.2.

Merces

Merces laborum æterna, quantæ virtutis sit stimulus. Idem ibidem text.7.

Prærogatiua fidei (inquit D. Ambrosius) est & de Domini fauore vsurpare mercedem: & delectatur Dominus tali precatione, vt pro puritate conscientiæ vtaris auctoritate. In Psal. 118.

Reddet Deus & mala pro malis, quoniam iustus est; & bona pro malis, quoniam bonus est; & bona pro bonis, quoniam bonus & iustus est. Tantummodò mala pro bonis non reddet, quoniam iniustus non est. Reddet, inquam, mala pro malis, pœnam pro iniustitia, bona pro malis, gratiam pro iniustitia, & bona pro bonis, gratiam, id est vitam æternam pro gratia. August. De gratia & lib. arb. cap.23.

Vide etiam verbo sequenti.

Meritum.

Merita nostra, Dei sunt dona. Hessel. in Orat. Domin c.39. & August. lib.9. Confess. c.13.

Meritorum post mortem nullus erit locus. August. Enchirid. cap.110.

Nulla sunt merita bona in homine ante charitatem. Idem De gratia Christi, cap.26.

Bonus est Deus, iustus est Deus, inquit Augustinus: potest aliquos sine bonis meritis liberare, quia bonus est; non potest quemquam sine meritis damnare, quia iustus est. Lib. 3. contra Iulian. c.18.

Opera meritoria sequuntur iustificatum, non præcedunt iustificandum. Idem De fide & operib. cap.14.

Diuina iudicia meritum iusti ex habitu mentis, non ex aliquo factorum exitu metiuntur. Ambr. in Lucam, circa init.

Nouit

Nouit Dominus omnium vires, & scit iustus inspector, de qua mensura quisque quid tribuat. Dissimiles quidem substantiæ, similes erogationes habere non possunt; sed æquatur plerumque merito, quod distat impendio; quia potest esse par animus, vbi impar est census. Leo serm. 4. De ieiunio decimi mensis.

Datur absque merito vt tendamus ad meritum, & datur ante laborem, vnde quisque accipiat secundùm laborem. Prosper lib. 2. De vocat. Gent. cap. 2.

De Meritis operum lege Bellarm. in Controuers.

Militia.

De militia spirituali & Christiana duas Homilias habet Chrysost. To. 5.

Militum instructio. A lapide in cap. 23. Deuter.

Militia Christiana. Idem in cap. 13. Exod.

Militum generosorum Apophthegmata vide apud eumdem in cap. 2. Num.

Militaris ordo, disciplina, & virtus. Idem in cap. 14. Num.

De militum impietate. Idem in cap. 31. Num.

Delicatus, ô Christiane, miles es, inquit Chrysostomus, si putas te sine pugna posse vincere, sine certamine triumphare. Exere vires, fortiter dimica, atrociter in prælio isto concerta. Considera pactum, conditionem attende, militiam nosce. Pactum quod spopondisti, conditionem qua accessisti, militiam cui nomen dedisti. Sic ille, Homil. De Martyribus, quòd aut imitandi sint, aut non laudandi. To. 3.

Si diabolus imparatum inuenerit militem Christi, si rudem, si non toto corde vigilantem, circumuenit

uenit nescium, fallit incautum, opprimit imparatum. Cypr. in Exhortat.ad Martyr.

Quales oporteat esse milites, vide Eckium Hom.5.super Dom.3.post Epiph.

De sanctis Militibus extant Litaniæ in libello Precum seu Litaniarum.

Vide plura infrà, verbo Victoria.

Mirabilia, Miracula.

Mirabilia quædam naturæ refert August.lib.20. De ciuitate Dei, c.4.5.& 7.

Miracula circa arcam Testamenti facta. Idem lib.10 De ciuit.c.17.

De varijs miraculis tempore Augustini factis in fidei confirmationem. Lib.22. ciuit. cap.8. & Serm.91.in nouis.

Miracula Saluatoris sic in veritate facta credi debent, vt tamen per significationem aliud quoque nobis innuant. Greg.Hom.2.in Euangelia.

Miracula quare iam in Ecclesia cessent, aut tam crebra non sint. August.lib.De vera Relig.c.25.

Miracula multa assiduitate viluerunt. Idem Serm.71.in nouis.

Miracula Deus operatur potiùs in vno loco quàm in alio. Idem ibidem Serm.182. & epistola 137.

Miracula quæ per Sanctos fiunt, Deus in ijs operatur. Idem lib.10. De ciuit. cap.12. & Serm.99. in nouis.

Octo modis vera miracula à falsis secernuntur. A lapide in cap.7.Exodi.

De miraculorum patratione pulchram doctrinam vide apud Petrum Ribadeneiram lib.5. De vita B.Ignatij.

De

De miraculis Catholicorum & hæreticorum habet duas pulchras Conciones Bellarminus in lib. suarum Concionum.

De miraculis Venerabilis Eucharistiæ vide Bellarm.lib.3.De Eucharistia,cap.8.

De miraculis Christi & Sanctorum vide Felisium in Decalog.

Cur Christus fecerit miracula corporalia, vide Augustinum Homil. super Euang. Dom.15. post Pentecost.in Breuiario Romano.

Vbique quidem Deus est, & nullo continetur loco; verumtamen quis poterit eius perscrutari consilium,quare in alijs locis miracula fiant,in alijs non fiant? August.epistola 137.

Maiora mirabilia, quòd Deus totum orbem terrarum ab interitu sempiterno liberauerit, quàm quòd mortuos suscitauerit. Idem in Psal.95.

Quisquis adhuc prodigia, vt credat,inquirit,magnum est ipse prodigium, qui mundo credente, non credit. Idem 22.De ciuit.cap.8.

Maius est miraculum,prædicationis verbo atque orationis solatio peccatorem conuertere,quàm carne mortuum suscitare. In isto enim resuscitatur caro, iterùm moritura; in illo verò anima, in æternum victura. Gregor.lib.3.Dial.c.17.

De gloria Miraculorum insignem Orationem vide apud Bellarminum in libro suarum Concionum.

Misericordia.

De Misericordia vide Peraldum in Summa virtutum,Tract.De iustitia,To.1.

De Misericordia sermones duos habet Chrysost.Tom.5.

Quòd

Quòd Deus sit misericors & iustus, vide Besse super Dom. 21. post Pentec.

De multiplici Dei misericordia vide Cornelium A lapide ex Chrysost. & Bernard. in c. 34. Exod.

Duo mirabilia exempla misericordiæ ex Vita D. Catharinæ Senensis, vide apud Granatensem Conc. 1. super Dom. 15. post Pentecost.

De misericordia Dei pulchrè tractat Lessius l. 12. De perfect. diuinis, per totum.

De operibus misericordię, & cur panibus Propositionis comparentur, vide Cornelium A lapide in cap. 24. Leuitici.

Misericordia Dei magna est erga pœnitentes. Cypr. epistola 98. De pace lapsis non neganda, circa med.

Misericordia Deo propria est, & quasi naturalis. Bernar. serm. 5. De Natiuit. Domini.

Misericordiæ erga proximos commendatio. Chrys. Hom. 4. in Epistolam ad Philip. in mor. & Hessel. in Decal. c. 121. & 122.

Misericordia communis peccantium portus. Chrysost. Hom. 2. in Psal. 50.

Misericordia est, quæ totius mundi reparationem obtinuit, salutem omnium impetrauit. Bern. serm. 4. De Assumpt.

Misericordiam Deus præstat filijs ob benefacta parentum. Hessel. in Decal. c. 71.

Misericordia virtus est omnibus necessaria. Idem ibidem c. 119.

Misericordia valet ad remissionem peccatorum. Idem ibidem c. 121. & 122.

Misericordium valdè congruenter Deum misereri. Idem ibidem.

Sola

Sola misericordia comes est defunctorum, inquit Ambrosius.

Misericordia Domini præuenit nos vt sanemur, subsequitur vt sanati vegetemur. Præuenit vt vocemur, subsequitur vt glorificemur. Præuenit vt piè viuamus, subsequitur vt cum illo semper viuamus, sine quo nihil possumus. August. De natura & gratia, cap. 32.

Misericordia Dei adhæret electis suis, siue cùm conuertuntur, siue cùm præliantur, siue cùm coronantur. Idem De corrept. & gratia, c. 13.

Semper orare debet homo, etiam si iustus, si sanctus sit, vt exaudiat eum Deus secundùm misericordiam suam, non secundùm merita alicuius virtutis; quia rara virtus, multa peccata. Ambros. in Psal. 118. serm. 19.

Nusquam tam vigere debent viscera misericordiæ, quàm in Ecclesia Catholica; vt tamquam vera mater nec peccantibus filijs superbè insultet, nec correctis difficilè ignoscat. August. De agono Christiano, c. 30.

Deus non ponit oleum misericordiæ, nisi in vasis fiduciæ. Bern. serm. 9 in Psal. 90.

Iustum est vt dimittatur ijs qui dimiserunt, & detur ijs qui dederunt: inest quippe Deo & misericordia iudicanti, & iudicium miseranti. August. epistola 29.

Laudet misericordiam qui liberatur, non culpet iudicium qui punitur. Idem epistola 106.

Vtinam non fuisset miseria, ne esset misericordia necessaria. Idem De natura & Relig c. 25.

Væ etiam laudabili vitæ hominum, si remotâ misericordiâ discutias eam. Idem lib. 9. Confess. c. 13.

Deus

Deus neminem nisi gratuita misericordia per Dominum nostrum Iesum Christum liberat, & neminem nisi verissima æquitate per eumdem damnat. Cur autem illum potiùs quàm alium aut liberet aut non liberet, scrutetur, qui potest, iudiciorum Dei tam magnum profundum, sed caueat præcipitium. Idem in epistola ad Sixtum.

De Misericordia Dei vide plura apud Staplet. in Prompt. mor. Dom.21.post Pentec. tex.4. & Bald. Iun.Conc.1.in Dom.6.post Pentec.

Misericordia Dei quomodo imploranda. Vide eumdem Dom.13.post Pentec.t.3.

Quomodo misericordiæ Dei fidendum. Idem ibidem Dom. 3.post Pentecost.text.3.& Dom.18. post Pentec.t.3.

De misericordiæ operibus erga proximum, vide eumdem ibid.Dom.1.post Pentec. tex.1. & Do.16. post Pentec.t.1.lo.2. & Dom.11.post Pentec. t.1 & Dom.12. post Pentec. tex.6. & Dom.15. post Pentec.tex.5.& Dom.16.post Pentec.text.5.

Miseriæ.

De septem miserijs in quas homo per peccatum incidit, vide apud Franciscum Albert. lib. De Angelo Custode,cap.9.

De miserijs humanæ vitæ insignem Concionem habet Bellarminus in lib.suarum Conc.

Vbi miseria, ibi opus est misericordia. August. lib.9.Confess.c.8.& 11.

Magna est hominis miseria,cum illo non esse,sine quo non potest esse. August.lib.14.De Trinit.c.12.

Nulla maior est hominis miseria,quàm sui ipsius aduersus semetipsum inobedientia. Idem lib.14. De ciuit. cap.15.

Missa.

De Missæ sacrificio Concionem vide apud S. Vigor in Dom. infra Octauam Corporis Christi, & Suffraganeum Moguntinum in suo Catechismo, per multas Conciones.

Vide etiam Bellarminum in Controuerf. lib. 5. De Euchar. Tom. 2.

Quòd Angeli frequenter Missæ inseruierint, exempla vide apud Cornelium A lapide in cap. 4. Numer.

De varijs visionibus quæ in Missæ sacrificio Sanctis acciderunt, vide eumdem in cap. 9. Leuitic.

De Missæ sacrificio latè & doctè tractat Hosius in sua Confess. à cap. 21.

De fructibus quos audientes Missam consequuntur, vide Cornelium A lapide in c. 29. Exod.

Vide plura apud Auctores qui tractant de Venerabili Eucharistia, quatenus est Sacrificium, & infrà, verbo Sacrificium.

De Missis siccis, lege Orationem 13. Theologicam Guilielmi Estij.

Mollities.

De peccato mollitiei vide Cornelium A lapide in cap. 38. Genes. & Lessium lib. 4. De Iure & iustitia, cap. 3. à Dubit. 14.

Vide etiam suprà, verbo Luxuria.

Monachus, Monialis.

Monachi institutio. Hieron. Tom. 1.

De comparatione Monachi & Regis habet Chrysost. Homil. Tom. 3.

De Monachi vita, qualis & cuiusmodi esse debeat vide apud Hieronymum in varijs epistolis, vtpote in epistola ad Eustochium, lib. 2. epistola 15 ad Rustic.

Rustic. & ibidem epistola 16. ad Paulin. item ibidem epistola 6.ad Heliodor. & ibidem epistola 14. ad Nepotian.

De Monachorum vita Chrysost. Hom.56. ad pop. Ant.& sequent.

Contra vituperatores vitæ monasticæ scripsit idem Chrysost.tres libros.habetur Tom.5. sub fin.

Monachorum Regula. Hieron.Tom.4.& Aug. Tomo 1.

Ad Moniales insignes instructiones & monitiones lege apud Bernard.epistola 111. 113. 114.115.

De laudibus Monachorum iterùm Chrysostomus Tomo 5.

De Monachis scribit etiam Bellarminus in Controuers.per duos libros.

Ex quo Deo seruire cœpi, inquit S.Augustinus, quomodo difficilè sum expertus meliores, quàm qui in monasterijs profecerunt; ita non sum expertus peiores quàm qui in monasterijs ceciderunt: ita vt hinc arbitrer in Apocalypsi scriptum: Iustus iustior fiat,& sordidus sordescat adhuc.Epistola 137.

Monachum seu Religiosum suis coloribus pulchrè depingit Cypr.lib.1.epistola 2.

Pulchrum Monachorum & monasticæ vitæ encomium ex S.Ephræm desumptum, vide apud Molanum lib.4.Imag. cap.21. & apud Bernard. super illud Cant.6. Dentes tui,&c. Vide etiam infrà, verbo Religio.

S.Monica.

De Monica matre sua testatur Augustinus, quòd bis in die,manè & vesperi, ad ecclesiam sine intermissione veniebat, non ad vanas fabulas, aut aniles loquacitates, sed vt te, inquit, Domine, audiret in

tuis sermonibus, & tu illam in suis orationibus. Lib. 5. Confess. c. 9. & lib. 9. c. 7. Vide plura de ipsa l. 9. Conf. c. 8. 9. & 11. & l. 1. c. 11. & l. 3. c. 11. & 12.

Monstrum, Monstrosum.

Monstrosa res est, ait S. Bern. gradus summus, & animus infimus; sedes prima, & vita ima; lingua magniloqua, & manus otiosa; sermo multus, & fructus nullus; vultus grauis, & actus leuis; ingens auctoritas, & nutans stabilitas; facies rugosa, & lingua nugosa. Lib. 2. De consid. ante med.

Morbus, Morbi.

Morborum vtilitates vide apud Cornelium A lapide in cap. 27. Genes.

Peccatum omnium malorum, morborum, & afflictionum causam esse, priusque hanc morborum causam amputandam, antequam curari & liberari velimus, vide apud Adrianum Mangotium Part. 1. Monitorum sac. Monito 114.

Triplici morbo miserabiliter laboramus, ait Bernardus. Nam sumus debiles ad operandum, faciles ad seducendum, fragiles ad resistendum. Si tentamus facere bonum, deficimus: si discernere volumus inter bonum & malum, decipimur: si conamur malo resistere, superamur. Serm. 8. super Cant.

In morbis consolatio. August. lib. 2. De visitat. infirm. Tom. 9.

Morbi quare immittantur. Chrys. Hom. 37. in Ioannem.

Morbi flagella peccatorum. Basil. interrog 55. in Reg fusiùs disput.

De remedijs contra impatientiam in morbis, vide fusè ex Scriptura & Patribus in Panario Busæi, verbo Impatientia.

Mors

Mors.

Mortem Christianis esse contemnendam. Chrysost. Hom. 5. ad pop. Ant. & sequent. August. Sermon. 107. in nouis, & Tract. 43. in Ioannem.

De præparatione ad mortem vide Granatensem Conc. 1. super Dom. 15. post Pentec.

De arte benè moriendi pium & insignem libellum scripsit Bellarminus, quem diligenter lege.

De Morte vide, si placet, quatuor Conciones in lib. Strenarum nostrarum. Habentur inter Strenas generales secundæ editionis.

Ibidem habes de morte iustorum & impiorum. De quo vide etiam Hieronymum Platum lib. 1. De bono Relig. c. 31.

Mortem non esse formidandam. A lapide in c. 8. Roman. & Adrianus Mangotius in Monitis sacris, Part. 3. Monito 90.

Ob tres causas mors iustis & sanctis in desiderio est. Vide pulchrè apud Cornelium A lapide in 1. cap. Epistolæ ad Philipp.

Moriendi votum & desiderium. Exempla vide apud eumdem in cap. 25. Genes.

Quomodo Sancti appropinquantes morti & formidauerint & exultauerint, vide pulchrè Gregorium lib. 31. Moral. c. 26.

Mortuos non nimiùm deflendos. A lapide in cap. 19. Leuit.

De moderando luctu in morte consanguineorum vel amicorum exempla vide apud eumdem in c. 21. Leuit.

De morte tyrannorum & magnatum violenta. Idem in cap. 14. Exod.

Mors sanctorum quàm placida sit. Idem in cap.49. Genes.

Mors transitus est iustis ad vitam, ac proinde ipsis non metuenda. Cypr. lib.3. ad Quirin.c.58. & De mortalit.circa med.& epistola 104. De dupl. martyr.item August.Serm.113.in nouis.

Mortis Christi efficacia. Idem epistola 104.De dupl.martyr. post princip.

Mors Christi,signum maximæ dilectionis.Idem ibidem.

Morte sua Christus pœnam soluit quæ nobis debebatur post hanc vitam. August. Serm.66. in nouis.

Mortem Christus subijt dignatione, non conditione;quia voluit,non quia debuit. Idem Serm.68. in nouis.

Mors Christi fuit velut esca & hamus, quibus diabolus captus est. Idem Serm.83.in nouis.

Mors terminus est merendi vel demerendi. Dionys. Carth. De quatuor nouiss.art.4.

Mortis consideratio quos effectus in homine pariat. Idem ibidem,art.6.& sequent.

Mortem vniuersam, corporis scilicet & animæ, Deus homini comminatus erat si peccaret. Hessel. in Decal.c.9.

Mortui quomodo lugendi. Bernard. serm. 26. super Cantica

An mortuus sciat quid in domo aut familia sua posteà agatur. Augustin. Serm.82.in nouis,c.13.

Mors quæ commoda adferat. Idem De prædest. Sanctorum,cap.14.

Post mortem nullus meritorum locus. Idem Enchirid.cap.110.

Mortuos

Mortuos immoderatè lugere, malum eſt. Idem lib. 9. Confeſſ. c. 3.

Mortuus non fuiſſet Adam, ſi non peccaſſet. Idem lib. 1. De peccat. mer. c. 2.

Mala mors dicenda non eſt, inquit Auguſtinus, quam vita bona præceſſerit: neque enim facit malam mortem, niſi quod ſequitur mortem. Idem lib. 1. De ciuit. c. 11.

Non ſic vixi, inquiebat in morte ſua Ambroſius, vt me pudeat inter vos viuere: ſed nec mori timeo, quia bonum Dominum habeo. Poſſidon. in Vita S. Auguſtini, c. 31.

Hac animaduerſione percutitur à Deo peccator, vt moriens obliuiſcatur ſui, qui, dum viueret, oblitus eſt Dei. Auguſt. Serm. 3. De ſanctis Innocentibus.

Non poteſt malè mori qui benè vixit. Idem De dono diſcip. c. 2.

Non eſt dignus in morte accipere ſolatium, qui ſe non cogitauit eſſe moriturum. Cypr. epiſtola 52. ad Antioch.

Horrere mortem, naturæ eſt; vincere naturam animi fortitudine, gratiæ eſt. Idem epiſtola 104. De dupl. martyrio, inter princ. & med.

Quid in morte Chriſti propriè Deo ac Domino, quid verò propriè Iudæis tribuendum ſit, pulchrè & eruditè explicat D. Leo ſerm. 16. De Paſſ. Domini.

Eadem omnibus ſors naſcendi, conditio vna moriendi, corporum materia conſimilis, animarum ratio communis: æquali iure, & pari lege vel venitur in hunc mundum, vel diſceditur ex hoc mundo. Cypr. contra Demetr.

Si mortem possimus euadere, meritò mori timeremus. Porrò autem cùm mortalem mori necesse sit, amplectamur occasionem de diuina promissione & dignatione venientem, & fungamur exitu mortis cum præmio immortalitatis, nec vereamur occidi, quos constat, quando occidimur, coronari. Idem lib.4.epistola 6.

Piè morientes in extremis miram accipiunt consolationem. Costerus in libello octo Propositionum.

De Morte vide fusè apud Busæum in Panario, verbo Mortis metus, & Auctores suprà citatos, qui scribunt de quatuor Nouiss. vt Bellarminus, Osorius, Besse, Costerus, Dionysius Carthusianus, &c.

Moyses.

De Moyse eiusque actis lege Cornelium in epistola dedicatoria Pentateuchi.

De vita Moysis lege Bellarminum lib.2. De Principe Christiano.

Quomodo Moyses in duodecim rebus fuerit figura Christi, vide Martinum Becanum De analogia Veteris & Noui testamenti, cap.6.quæst.3.§.3.

Mulier, Mulieres.

De mulierum ornatu Chrysost.Hom. 21.ad pop. Ant.& copiosè A lapide in cap.2. 1.ad Timoth.

De mulierum fuga. Idem in cap.25. Numer.

Mulieris malæ & impudicæ pulchram descriptionem vide apud Cuyckium in Speculo concubinariorum, cap.17. Vide quoque, si placet, lib. Strenarum nostrarum.

De mala muliere lege Chrysost. Hom.14. ex varijs in Matth. locis.

Mulier coniugata quo pacto debeat amare virum suum,

ſuum, pulchrè Chryſoſt. Homil. 25. ex variis in Matth. locis.

De cohabitatione Regularium feminarum cum viris. Idem Tom. 3. ſub finem.

Muliere quid fortius. Proſper Part. 2. Promiſſ. & prædict. cap. 38.

Mulierem ornari ſæculariter non decet. Cyprianus lib. 3. ad Quirin. cap. 36. & De bono pudicitiæ, epiſtola 97.

Mulierum conſortia vitanda. Fulgent. ſerm. 7. Præſertim autem Sacerdotibus. Heſſel. in Decalog. cap. 144. & 188.

Vide plura ſuprà, verbo Femina. & in Panario, verbo Mulier.

Multitudo peccantium.

Nihil omninò agimus, qui nos per multitudinis exempla defendimus, & ad conſolationem noſtram aliena ſæpè numerantes vitia, deeſſe nobis dicimus quos debeamus ſequi. Hieronymus lib. 2. epiſtolarum, epiſtola 22.

Idem alibi, Quaſi, inquit, multitudo peccantium ſcelus minuat, & quaſi non lignorum numeroſitate, maior gehennæ flamma ſuccreſcat. Idem lib. 1. epiſtola 52.

Mundus.

Mundus relinquendus. Hieron. in Conſol. ad Iulian. epiſt. 34. Tom. 1.

Mundi pericula, laqueos, & peccandi occaſiones, pulchrè proſequitur Platus lib. 1. De bono Relig. cap. 5.

Mundi ingeniũ & mores. A lapide in c. 31. Gen.

De mundi fuga. Platus ſuprà cap. 6.

Mundum ſeneſcere & paulatim omnia deficere

ac collabascere, vide pulchrè Cypr. Tract. contra Demetriad. in initio.

In mundi opere tria consideranda: quid sit, quomodo sit, ad quid sit. Bernard. serm. 3. de Pentecoste, in princ.

Mundi ætates recenset Augustinus lib. 83. QQ. quæst. 58.

Mundi huius nequitiam & inconstantiam describit Cypr. epist. 11. ad Donat.

Mundus bonus, mundus malus. Augustinus Serm. 42. in nouis.

Per mundum, peccatores & mundi dilectores intelliguntur. Idem Serm. 55. in nouis.

Mundus duplicem aciem producit contra milites Christi: blanditur vt decipiat, terret vt frangat. Idem Serm. 103. in nouis.

Mundus ex nihilo creatus. Idem lib. 11. Confess. cap. 5.

Mundi iudicium fallax. Stapleton. in Prompt. mor. Dom. 3. Aduentus, tex. 1.

Mundi inconstantia & vanitas. Idem ibidem Dom. Palm. cap. 6.

Mundi gaudia fluxa, rebus tristibus mixta, turpia. Idem ibidem Dom. 1. Quadragesimæ, text. 8. & Dom. 3. post Pascha, text. 2.

Mundi amor noxius. Idem ibidem Domin. 2. Quadragesimæ. text. 3. & Dom. 4. post Pascha, text. 2.

De contemptu Mundi libellum vtilem & pium scripsit Innocentius III.

Hic mundus, inquit Augustinus, est impuris voluptatibus illecebrosus, nefandis crudelitatibus furiosus, erroribus & terroribus inimicus. Lib. 1. De ciuit. cap. 27.

Ex-

Exceptis propheticis vocibus, mundus ipse ordinatissima sua mutabilitate & mobilitate, & visibilium omnium pulcherrima specie, quodammodò tacitus & factum se esse, & non nisi à Deo, ineffabiliter atque inuisibiliter magno, & ineffabiliter atque inuisibiliter pulchro fieri se potuisse proclamat. Idem ibidem lib. 11. cap. 4.

E mundo fugiendum ad solitudinem, id est Religionem seu Monasticam vitam. Vide, si placet, Concionem nostram primam habitam ad Religiosos, in lib. Strenarum.

Munera.

Munera accipere Iudicibus periculosum est. Hessel. in Decalog. cap. 205.

De non accipiendis muneribus quæ corrumpunt iudicium vel affectus Iudicum, vide Cornelium A lapide in cap. 23. Exod.

Vide etiam, si placet, Strenas nostras particulares, datas Iudicibus seu Præfectis sæcularibus.

Plura vide apud Busæum in Panario, verbo Munerum corruptela.

Muri.

Muri ciuitatum qui laudandi. A lapide in c. 13. Numeror.

Murmuratio.

De murmuratione Religiosorum. Felisius in Decalog.

De murmure Marthæ & Mariæ. Idem ibid.

De murmure operariorum in vinea Domini. Bellarm. Conc in Dom. Septuagesimæ.

Numquam murmurandum contra Deum in his quæ nobis accidunt. Cyprian. lib. 3. ad Quirin. cap. 14.

De

De murmuratione & remediis contra illam, vide plura ex Scriptura & Patribus in Panario Busæi, verbo Murmuratio.

Musca.

Qui dicantur capere muscas. A lapide in c. 11. Leuitici.

Pulchrum exemplum de muscis vide apud eumdem in cap. 2. 2. ad Titum.

De plaga muscarum & sciniphum in Aegypto, vide Less. lib. 13. De perf. diu. cap. 8.

Musica.

De Musicis organis vide Hieronymum Comment. in Amos cap. 6. Tomo 5.

Musicam profanam adhibere rebus sacris, habet speciem sacrilegij. Less. lib. 2. De Iure & iust. cap. 45. dub. 3.

De Musica scripsit Augustinus libros 6. habentur Tomo 1.

Mutilatio.

Mutilatio, vulneratio, &c. prohibentur præcepto, Non occides. Hessel. in Decal. cap. 163.

An aliquando licitum sit mutilare, & quibus euentis, vide apud Lessium lib. 2. De Iure & iust. cap. 9. dub. 14.

Mutuum.

De mutuo vide Lessium Lib. 2. De Iure & iustit. cap. 20. per multas dubitat. Felisium in Decalog. & alios Auctores qui in Decalogum scribunt.

Mysteria.

Mysteria Dei non sunt cuique manifestanda. Pintus in Ezech. cap. 42. ad illa verba, Cumque ingressi fuerint, &c.

My-

Mysterium literarum nominis MARIA. Bellarminus Conc. 2. super Missus.

Mysteria diuina, ait quidam, non patitur Deus in aures vulgi intrare pollutas. Aurum & gemmas in altissimas terræ latebras natura condidit, ita magno habentur pretio: vilescerent si essent exposita. Res enim vsu tritæ sunt expositæ contemptui; quod verò sepositum est & rarum, huic cum admiratione reuerentia impenditur. Auctor incognitus.

De Mysteriis fidei amplissimè in suis Concion. scripsit Carthagena.

N.

Natiuitas.

De Natiuitate S. Ioannis Baptistæ sermonem habet Chrysostom. Tom. 2. sub finem.

Natiuitatis Ioannis cum natiuitate Christi collatio. August Serm. 109. in nouis.

De decollatione S. Ioannis vide Fulgent. serm. 7.

Natiuitatem Ioannis quare potiùs celebret Ecclesia quàm cuiuslibet Apostoli vel Martyris. August. Serm. 110. in nouis.

De Natiuitate Domini sermonem habet Chrys. suprà, & Hieron. Tom. 4.

De eadem solemnitate habet decem sermones D. Leo.

Vide etiam Cornelium A lapide in cap. 23. Leuitici.

De Natiuitate Virginis. Hieronym. Tomo 4.

De horum trium Natiuitate vide plura apud Neotericos, vt Adrianum Mangotium in Monitis Marianis, Osorium, Granatensem, &c.

Na-

Natiuitates hominis duæ. August. Serm.77. in nouis.

Natura.

Natura qualis sit sine gratia. Hesselius in Orat. Dom.cap 27.

Natura in homine bona est. August. Serm. 42. in nouis.

Naturæ munera, non habentium, sed datoris sunt laus & commendatio. Chrysost. Homil. 13. ad pop. Antioch.

Naturæ lex quid malum quid bonum sit, docet. Chrysost. serm. De lege naturæ, Tomo 3.

Naturæ ius dicitur quod non opinio genuit, sed quædam innata vis inseruit. August.lib.83. QQ. quæst.31.

Deleat homo quod fecit, id est peccatum; & placebit ei qui illum fecit, inquit August. Serm.42. in nouis.

Vitium, inquit idem Augustinus, ita contra naturam est, vt non possit nocere nisi naturæ. Non itaque esset vitium recedere à Deo, nisi naturæ, cuius id vitium est, potiùs competeret esse cum Deo. Quapropter etiam voluntas mala grande testimonium est naturæ bonæ. Sed Deus sicut naturarum bonarum optimus creator est, ita malarum voluntatum iustissimus ordinator; vt cùm malè illæ vtuntur naturis bonis, ipse benè vtatur etiam voluntatibus malis. De ciuit. Dei, lib.11.cap.17.

Quamuis mala voluntas naturæ suæ ordinem seruare noluerit, non tamen ideò iusti Dei leges omnia benè ordinantis effugit: quia sicut pictura cum colore nigro loco suo posita, ita vniuersitas rerum, si quis possit intueri, etiam cum peccatori-

bus

bus pulchra est, quamuis per seipsos consideratos sua deformitas turpet. Idem ibidem cap. 23.

De natura Dei incomprehensibili, quinque Homilias scripsit Chrysost. Tomo 3.

Natura hominis per peccatum corrupta & in deterius mutata est. August. De natura & gratia, c. 3. 19. & 20. De gratia Christi, cap. 50. lib. 1. De nupt. cap. 32. & lib. 2. cap. 34.

In natura corrupta adhuc multa Dei dona remanserunt. Idem lib. 2. De nupt. cap. 9.

Natura dæmonum etiam bona est. Idem lib. De peccato orig. cap. 40. & lib. 19 De ciuit. cap. 13.

Natura in homine non sufficit sibi ad benè viuendum. Idem De natura & gratia, cap. 2. 7. 8. 9. 55. & 62.

Natura vt saluetur, opus habet Christo Saluatore. Idem De natura & gratia, cap. 52.

Vide in eodem libro plura huc spectantia.

Necessitas.

Necessitas coronam excludit. August. De natura & gratia, cap. 65.

Necessitas quædam peccandi est in homine. Idem ibidem cap. 66. & 67.

Multa etiam necessitate facta improbantur. Idem ibidem cap. 67.

Ideò in rectè faciendo, nullum est vinculum necessitatis, quia libertas est charitatis, ait D. Augustinus ibidem cap. 65.

Non admittit status fidei allegationem necessitatis: nulla enim est necessitas delinquendi, quibus vna est necessitas non delinquendi. Tertull. De corona militis, cap. 11.

Necessitatibus refugium Christus. Stapleton in Prompt.

Prompt. mor. Dominica 4. post Epiphan. text. 3.

Negotiatio.

Negotiatio Christianis licita est. Hessel. in Decalog. cap. 202.

Negotiatio tamen multis peccandi periculis obnoxia est. Idem ibidem.

Vide plura apud eumdem ibidem cap. 201. & in Panario Busæi, verbo Negotiatio.

Neophyti.

Neophyti Dominica in Octauis Paschæ vestem albam, quam in Baptismo acceperant, deponere solebant: August. Serm. 76. in nouis.

Ad Neophytos sermonem habet Chrysostomus Tomo 5.

S. Nicolaus.

Virtutes & laudes S. Nicolai vide apud Cornelium A lapide in cap. 17. Numer.

Vide plura in Legenda seu Vita eius apud Matthiam Lamberti, Episc. Brugensem, & alios.

Nobilitas.

Nobilitas vera quæ, & in quo sita. Vide Cornelium A lapide in cap. 6. Genes.

Exempla veræ nobilitatis vide apud eumdem ibidem.

Quomodo omnis nobilitas ignobile habeat principium, & proinde quàm vanum sit de nobilitate gloriari, vide apud eumdem in cap. 38. Genes.

Religio nostra, inquit D Hieronymus, seruum & nobilem de moribus pronuntiat. Sola apud Deum libertas est, non seruire peccaris. Summa apud Deum nobilitas est, clarum esse virtutibus. Epistola ad Celant. Tom. 1.

Vni-

Vniuersi paris honoris, & eiusdem apud Deum pretij sunt qui vno Christi sanguine sunt redempti: nec interest qua quis conditione natus sit, cùm omnes in Christo pariter renascamur. Idem ibidem.

Vide plura apud Hieronymum Platum lib.2. De bono Religionis.

Nomen, Nomina.

Nominis Dei reuerentia apud Iudæos. A lapide in cap.6 Exodi.

De nominis Iesu efficacia. Staplet. Dom.5.post Pascha, text.2.

De impositione nominum Christianorum in Baptismate, vide, si placet, Strenam nostram tertiam generalem.

De nomine Iesu vide plura suprà, verbo Iesus.

Nouissima.

Nouissimorum recordatio. A lapide in cap.32. Deuter. & Bellarm. lib. 2. De arte benè moriendi, cap.1.2.3.& 4.

Vide plura apud Auctores suprà citatos qui de quatuor Nouissimis scripserunt.

Vide etiam Bernardum sermone De primord. med. & nouiss.

Nouitij.

Nouitios auertere à Deo, quàm graue peccatum sit, vide apud Hieronymum Platum lib. 3. De bono Relig. cap.35.

Nouitiorum documenta vide apud Cornelium A lapide in cap.2. Leuit.

Nox.

Quòd præcipua mala & peccata fiant nocte & in tenebris, vide Crespet in Triumpho B. Virginis, Iournee 3. serm.2.

Nox non minorem hominibus vſum, quàm dies adfert. Chryſoſt. Hom. 8. ad pop. Antioch.

De nocte peccati vide Bellarminum Conc. 2. Dom. 1. Aduentus.

Numerus, Numeri.

Numeri quaternarij perfectio. Proſper lib. 3. De vita contemplat. cap. 18.

Numerus electorum certus eſt. Auguſtinus Sermone 72. in nouis.

Numerus quadragenarius ſignificat tempus laborioſum huius vitæ. Idem lib. 2. De conſenſu Euang. cap. 4. & lib. 83. QQ. quæſt. 57.

Numeri ſeptenarij perfectio. Idem in Sermon. nouis.

Numerus ſaluandorum rarus comparatione damnandorum. Chryſoſtom. Homil. 40. ad pop. Antioch.

Numerus ſingularis in Scriptura ſacra aliquando ponitur pro numero plurali, & econtrà. Auguſtin. Enchirid. cap. 44.

Numerus ſeptenarius ſæpè ponitur pro cuiuſq; rei vniuerſitate. Idem lib. 11. De ciuit. cap. 31. & lib. 17. cap. 4.

Numeri ſenarij perfectio. Idem lib. 11. De ciuit. cap. 30.

Numerus vndenarius quid ſignificet. Idem lib. 15. De ciuit. cap. 20. vbi etiam agit de numero duodenario & denario. Vide eumdem lib. 20. cap. 4.

De numero quinquagenario vide, ſi placet, libellum noſtrum De Iubileo veteri & nouo, in principio.

De numero millenario. Aug. lib. 20. De ciu. c. 7.

De

De numero duodenario. Beſſe Conc.ſuper Feſt. Apoſtolorum Petri & Pauli.

Nuptiæ.

Nuptiarum triſtem exitum vide 1. Machabæorum 9.

De nuptiis earumque cærimoniis & ritibus vide pulchrè & copioſè Feuardentium in Eſther.

Nuptiæ remedium ſunt contra concupiſcentias. Auguſt.lib.4.contra Iulian.cap.2.

Aliud nuptiæ,aliud libido ſeſe admiſcens. Idem lib.5. contra Iul. cap.6.

Nuptiæ à Deo ſunt, & bonæ. idem lib.1. De nupt.cap.14.& lib.2.cap.5. 22. & 26. & lib.3. contra Iul. cap. 16.

Nuptiæ ſecundæ licitæ ſunt. Epiph.lib.2. contra hæreſes, cap.59.

Nuptias non eſſe malas. Chryſoſt. Homil. 4. De verbis Iſaiæ, Vidi Dominum, &c.

Nuptiarum abuſus taxantur, in quibus ſaltationes & inſolentiæ exercentur. Idem in Epiſtolam ad Coloſſ. Homil. 12. & Homilia 56. in Geneſ. in principio.

Nuptiæ quomodo inſtituendæ ſint. Idem Homil. 12. in Epiſtolam ad Coloſſenſ.

Nuptiarum conuiuia an Sacerdotibus vitanda. Heſſel. in Decal. cap. 144.

Copulatio maris & feminæ, inquit Auguſtinus, generandi cauſa, bonum eſt naturale nuptiarum, ſed iſto bono malè vtitur qui beſtialiter vtitur, vt ſit eius intentio in voluptate libidinis, non in voluntate propaginis. De nupt.& concupiſcentia l.1. cap.4.

De nuptiis ſpiritualibus virginum Chriſti, ea-

rumque desponsatione, vide pulchrè apud Cornelium A lapide in cap.11. 2.ad Corinth. à princip. & Stapleton. in Prompt. mor. Dom.19. post Pentecost.text.1.

Vide plura suprà, verbo Coniugium, & verbo Matrimonium.

O.

Obduratio.

OBDVRATIONE peccata præcedentia puniuntur. August.lib.83. QQ. quæst.68.

De obduratione & excæcatione vide Lessium lib.13. De perfect. diu. cap.14.

De obduratione & duritie cordis, item de proprietatibus duri cordis, vide Cornelium A lapide in cap.7.Exod.

Quomodo Deus tractet obduratos, vide eumdem ibidem.

Dura & obstinata corda quomodo frangantur. Idem in cap.12. Exod.

De quinque signis obstinati animi, vide eumdem in cap. 11. Rom. §.30.

Obdurare quomodo dicatur Deus. Augustinus epistola 105.

Obduratio non fit nisi propter peccata præcedentia. Idem epistola 106

Miseretur Deus gratuito dono, inquit Augustinus, obdurat iustissimo merito. Epistola 105.

De Obduratione vide plura in Panario Busæi, verbo Obstinatio.

Obedientia.

Septem conditiones veræ obedientiæ vide apud Coste-

Costerum in Dom. 3. post Epiphan. §. 14. & apud Cornelium A lapide in cap. 12. Genes.

De simplicis obedientiæ laude eiusque quibusdam exemplis vide apud Costerum in Dom. 4. post Pentecost. §. 9. & 12. item apud Granatensem super Dom. 10. post Pentecosten Conc. 1.

De Obedientia vide etiam Gregorium lib. 2. cap. 4. in 1. Regum, & lib. 4. cap. 5. & lib. 6. cap. 3. item Peraldum in Summa virtutum, Tractat. De iustitia, Tom. 1. item denuò Granatensem Conc. 1. super Fest. S. Andreæ. item Staplet. in Prompt. Morali, Dom. 2. post Epiph. text. 4. item Bellarminum De septem verbis Domini, lib 2. cap. 24.

De Obedientia multis quoque in locis tractat D. Bernardus: vt serm. 19. super Cantica, De præcepto & dispensatione, in Conuersione S. Pauli serm. 1. Serm. De S. Martino, epistola 7. denique Homil. 1. super Missus est, &c.

De septem gradibus humilitatis vide eumdem in Sententiis, Tom. 1.

De dignitate Religiosæ obedientiæ vide pulchrè Hieronymum Platum lib. 2. De bono Relig. cap. 5. item Marulum lib. 4. cap. 3. rursum D. Gregorium lib. 35. Moral. cap. 12. Stellam in Lucam, & A lapide in cap. 28. Exod.

Obedientiæ exemplum memorabile vide in Gregorio Magno lib 2. epistola 61. Indictione 11.

Obedientiæ condimentum est sapientia. Bern. serm. 2. post sermones in Psalm. 90.

Obedientiæ facilis exemplum. August. lib. 6. Confess. cap. 2.

Obedientia custos omnium virtutum. August. lib. 14. De ciuitate, cap. 12.

De obedientia Abrahæ, idem lib. 16. De ciuit. cap. 32.

De Obedientia, plura vide apud Ioannem Busæum in Viridario, verbo Obedientia.

De obedientia Principibus terræ præstanda, vide Stapletonum in Prompt. mor. Dom. 22. post Pentecosten, text. 6.

De obedientia integra Dei mandatis præstanda, vide eumdem Dom. 2. post Epiphan. text. 4. & Dom. 2. Quadragesimæ, text. 5. Vide de eadem re, si placet, in Documentis nostris Catholicis de lege Dei, Documento 8.

Obtrectator.

De Obtrectatoribus vide Cypr. epistola 69. & Hieronym. Tomo 1.

Occisor, Occidere.

Præcepto, Non occides, quid prohibeatur. Hesselius in Decalog cap. 149.

Prohibetur etiam eodē Præcepto mutilatio, &c. Ibidem.

Occidere seipsum, nemini licet. Idem ibidem cap. 150. & 151. nisi auctoritate diuina iubente.

Occidere malefactores quomodo Iudici liceat. Idem ibidem cap. 152. & sequent.

Occidere iumenta sine causa, vel ea crudeliter tractare, crudelitas est & peccatum. Idem ibidem cap. 149.

De occisione vide Lessium lib. 2. De Iure & iustit. cap. 9. dubit. 1. & sequent.

Vide Auctores in Decalog. super Præcepto quinto, Non occides.

Plura vide supra, verbo Homicidium.

Oculus,

Oculus, Oculi.

Oculorum custodia magnopere necessaria ad vitanda peccata. Chrysost. Homil. 1. in Psalm. 50. Basil. De vera virginit. Colligitur ex cap. 3. Threnorum, Oculus meus deprædatus, &c. ex Iob 31. Pepigi fœdus, &c. & Ierem. 9. Mors intrauit, &c.

De oculo impudico. * Hesselius in Decalog. cap. 188.

Oculi in amore duces sunt, Basil. suprà.

De oculorum custodia vide Franciscum Arias lib. De imitatione Virgin. cap. 30. & Bellarm. lib. 1. De arte benè moriendi, cap. 16. vbi etiam agit de custodia aliorum sensuum.

De intuitu oculorum, & velanda facie mulierum. Ambros. lib. 1. De pœnitentia cap. 13.

Non prohibetur intuitus oculorum per se, inquit D. Augustinus, sed ratione adiunctæ cupiditatis, ne per aspectum libeat quod non licet. Lib. 4. contra Iulian. cap. 10.

Oculi vestri, inquit idem Augustinus, etsi iaciuntur in aliquem, figantur in neminem: nec dicatis vos habere animos pudicos, si habeatis oculos impudicos; quia impudicus oculus impudici cordis est nuntius. Epistola 109.

Dominus noster Christus, inquit Chrysostomus, sciens fragilem naturam nostram & voluntatis negligentiam, legem posuit quæ muniret & prohiberet curiosam considerationem, vt nascens in nobis incendium, cùm adhuc à longè est, extinguat. Homil. 22. in cap. 6. Genes. Vide ibidem plura.

De accurata oculorum custodia vide etiam Veridi-

ridicum Christianum Ioannis Dauidis, cap. 66.

Occultum, Occulta.

Occulta Dei iudicia in futura vita reuelabuntur, August. Enchirid. cap. 95.

Occulta omnia Deo nota sunt. Idem lib. 10. Confess. cap. 2.

Occulta nobis multa cur voluerit Deus. Idem lib. De corrept. cap. 13.

Vide plura suprà, verbo Iudicium.

Odium.

Odium vitandum. Augustinus Sermone 36. in nouis.

Odium etiam inimicorum, peccatum mortale est. Hesselius in Decalog. cap. 125.

De Odio vide Felisium in Decal. & Staplet. in Prompt. mor. Dom. 5. post Pentecosten, text. 2. & Dom. 12. post Pentecost. text. 4. & Dom. 17. post Pentecost. text. 3. & Dom. 21. post Pentecosten, text. 8.

Perfectum odium est, inquit Augustinus, si nec hominem oderis propter vitia, nec propter hominem amaueris vitium. Lib. 14. De ciuit. cap. 6.

Idem Augustinus Enarrat. in Psalm. 138. Perfecto odio oderam illos. Hoc est, inquit, nec propter vitia homines odisse, nec vitia propter homines diligere; sed quantò magis naturam hominis amas, tantò magis vitium odisse, quod naturam illam à te sic adamatam fœdauit.

Gratias ago Deo meo, inquit D. Hieronymus, quòd dignus sum quem mundus oderit. In epistola ad Asell.

De Odio Dei contra peccatum, vide Bellarm. in Conc. De cruciatu gehennæ,

De

De Odio proximi,eiusque remedijs vide copiosè ex Scriptura & Patribus in Panario Busæi, verbo Odium proximi.

Odor, Odores.

De varijs virtutum odoribus vide Gregorium Hom.6.in Ezech.& August.lib.16.De ciuit.c.37.

De quibusdam iustis & Sanctis, qui post mortem gratum reliquerunt odorem, vide Bellar. lib.2. De arte benè moriendi,cap.15.

O bone Iesu, inquit D. Bernard. qui non sentit odorem tuum,aut fœtidus est,aut certè mortuus.

Officium Ecclesiasticum aut sæculare.

De recusandis dignitatibus & officijs vide Diez Conç.2.super Dom.3. Aduentus, & in alijs Conc. eiusdem in eamdem Dominicam. item Granatensem Conc.2.super Dom.16.post Pentecost.

De hac materia etiam lege Bernard. epistola 237. ad Eugen.& D.Gregor. Part.1.Curæ past.cap.6.

Officium diuinum quomodo canendum aut peragendum, pulchrè Bernard. serm.47.in Cantica.

Vtrumque habet periculum, inquit Augustinus, & vocante Deo Officium Ecclesiasticum detrectare, & stimulante desiderio idipsum importunè ambire. Illud inobedientiæ & ignauiæ, hoc temeritatis & audaciæ. Tutissimum erit,in suscipienda functione Ecclesiastica audire consilium eiusdem Augustini epistola 81. Si quam, inquit, operam nunc Ecclesia vestra desiderauerit, nec electione auida suscipiatis,nec blandiente desidia respuatis.Similia habet Ambrosius lib.2. Offic.c.24. Admittendum est,&c.

Quod esse potui, esse nolui, (inquit iterùm Au-

 gustinus)

gustinus) nec tamen quæsiui esse quod sum. Elegi enim magis esse abiectus in domo Dei, quàm habitare in tabernaculis peccatorum. Non enim in conuiuio Domini mei superiorem locum elegi, sed potiùs inferiorem & abiectum: sed placuit illi mihi dicere: Amice, ascende superiùs. Et, Adeò, inquit, timebam Episcopatum, vt quoniam cœperat iam esse alicuius momenti inter seruos Dei fama mea, in quo loco sciebam non esse Episcopum, non illò accederem. Cauebam autem hoc, & agebam quantum poteram, vt in loco salubriter humili, & non in alto periclitarer. Sed Domino seruus non debet contradicere, cui placuit mihi dicere, Amice, ascende superiùs. Lib. De vita & moribus Cleric.

Vide plura suprà, verbo Episcopus, & verbo Honor.

Oleum.

De proprietatibus olei, & quomodo Spiritus sanctus eiusque dona oleo comparentur, vide fusè apud Bellarmin. Conc. in Fer. 2. Paschæ.

De varijs Olei delibutionibus vide Cornelium A lapide in cap. 30. Exod.

Omnipotens, Omnipotentia.

De omnipotentia Dei lege Lessium lib. 5. De perfection. diu. c. 1. & sequentibus, per totum librum.

Non fit quidquam, inquit Augustinus, nisi Omnipotens fieri velit, vel sinendo vt fiat, vel ipse faciendo. Enchirid. c. 95.

Sancti in cælo quodammodò omnipotentes. Bellarm. Conc. De beatitudine cælesti.

De Omnipotentia Dei vide plura apud Baïum in Instit. Relig. Christ. c. 46. & sequentibus, & Auctores

ctores alios Catechisticos in primum articulum Symboli Apostolici.

Onus, Onera.

Onus peccatorum grauissimum. A lapide in cap.6.Galat.

Quomodo alter alterius onera portare debeamus, vide eumdem ibidem.

Cùm in hac vita, id est, in hac via sumus, inquit Augustinus, onera inuicem nostra portemus, vt ad eam vitam, quæ caret omni onere, peruenire possimus. Lib.83.QQ. quæst.71.Tom.4.

Onus Domini esse leue & suaue, diaboli autem & mundi esse graue & amarum, vide, si placet, in Opusculo nostro De lege Dei, Documento 6. & 7.

Opera.

Quomodo diabolus tribus modis operibus nostris insidietur, vide Greg.lib.1.Mor.c.38.

Opera nostra bona non esse prædicanda & iactanda, vide pulchrè Chrysost. Hom.38. ad pop. Antioch.sub fin.

Opus bonum quomodo nostrum sit, & simul à Deo. August.Serm.141.in nouis.

Opus omne bonum est ex gratia. Prosper lib.1. De vocat. Gent. c.24.& lib.2.c.7. & in epistola ad Demetriad.circa med.item August.Serm.56.&121. in nouis.

In omni opere bono gratia voluntatem præparat, vt consentientem faciat. Prosper lib.2. De vocat.Gent.cap.26.& 27.

Opera bona sine charitate haberi possunt, licet non prosint. Idem lib.3.De vita contempl.c.14.

Non omnia opera infidelium sunt peccata.D.Leo serm.7.De Quadrages.& Belliol.l.4.De fide,c.14.

Opera

Opera bona etiam in ſtatu peccati mortalis facta remunerat Deus, etſi non eo modo quo alia. Hieronymus in 1.cap. Aggæi.

Operibus bonis ex iuſtitia merces debetur vitæ æternæ. Heſſel.in Orat.Dom.c.40.

Opera pœnitentiæ vel charitatis quomodo valeant ad remiſſionem peccatorum. Idem in Decal. cap.121.

Operibus noſtris bonis non indiget Deus, neque ea requirit tamquam ſibi neceſſaria. Idem ibidem cap.94.

Operis bonitas aut malitia ex ſola intentione aliquando ſumitur. Auguſt. Tract.7. in Canonicam Ioannis.

Vnicuique ſecundùm opera fiet retributio. Pſal.17. & 61.Ierem.50.&c.

Opera bona Dei ſunt dona, & ab ipſo petenda. Auguſt.lib.De gratia & lib. arb. c.7.8 & 9. Enchirid.cap.114.& 117. item De gratia Chriſti, cap.21. 22.23.& 24.

Opera bona impij non proſunt ipſi ad ſalutem. Idem lib. De ſpiritu & littera, cap.27. Proſunt tamen ad mitiorem pœnam. Idem lib.4. contra Iulian.cap.3.

Opera bona Deoque grata nulla eſſe poſſunt ſine fide. Idem lib.3.ad Bonifac. c.5. & lib.4. contra Iulian.c.3.& 8.

Opus etſi officio videatur bonum, ſi non fiat recto fine, peccatum eſt. Idem ibidem.

Opera bona non præcedunt iuſtificandum, ſed ſequuntur iuſtificatum. Idem De fide & operibus, cap.14.

De Operum bonorum neceſſitate, vide Staplet in Prompt.

Prompt. mor. Dom.7. post Pentec. text.3 & 5. & Dom.12. post Pentec. tex.7. item Dom. Septuages. text.2.& 3.

De hac materia vide plura ex Scriptura & Patribus in Viridario Busæi, verbo Opera bona.

Oratio.

De Oratione vide Chrysost. De orando Deum, Tom.5. & Hom.79. ad pop. Ant. Hessel. in Orat. Domin. cap.1. & sequentib. & Innocent. in Procemio super Septem Psalm.

De Orationis fructu miraculis, & exemplis vide Corn. A lapide in cap.30. Exod.

Cur orationes Sanctorum comparentur odoramentis, vide eumdem ibidem.

Oratio nocturna quàm vtilis. Chrys. Hom.42. ad pop. Antioch.

De Oratione Annæ agit Chrysost. Hom.79. ad pop. Antioch.

De Oratione Dominica Homiliam habet idem Chrysost. Tom.5.

Orando cur manus extendamus in cælum, vide aliquot rationes apud Cornelium A lapide in c.2. 1. ad Timoth.

Si velimus Deum nos audire in nostra oratione, debemus nos priùs illum audire in sua lege. Idem in cap.30. Deut.

Orationis Dominicæ breuem explicationem vide apud Lessium lib.4. De summo bono, c.1.

Oratio quadrupliciter fit. Bern. in Sententijs.

Quomodo orandum. Idem ibidem.

De orationis efficacia vide Cornelium A lapide in cap.17. Exod. & in cap.4. Exod. item Osorium Dom.5. post Pascha, in Rogationibus, & in Vigilia

Ascen-

Aſcenſionis,& Granatenſem ibidem; item Vigor in Octaua Aſſumpt. B. Mariæ; item Staplet. in Dom. 4. poſt Epiphaniam, text. 3. & locis ibi notatis; item in Dom. 5. poſt Paſcha. His adde Granatenſem in Memoriali vitæ Chriſtianæ, lib. 5. Part. 2 & Peraldum in Summa virtut. Tract. De iuſtitia, Tom. 1. & Feuardent. in Eſther.

Oratio vnius pro alio quàm efficax, exemplis demonſtratum vide apud Stapl. in Dom. 2. poſt Epiph. text. 2.

Orandi varios modos obſeruauit S. Benedictus. Vide ſuprà, verbo S. Benedictus.

Oratio etiam non intellecta, Deo grata & efficax. A lapide in cap. 14. 1. Corinth.

De neceſſarijs conditionibus Orationis, Staplet. in Dom. 5. poſt Paſcha, & Oſorius ibidem. Vide eumdem Oſorium in Silua ſua, Concione cui titulus: Cùm noſtri milites redirent ab Anglia re infecta.

De Oratione Chriſti in cælo pro nobis, & quomodo ibi pro nobis oret, Cornelius A lapide in cap. 8. Rom.

Orationis ariditas vnde proueniat. Bern. ſerm. De quatuor modis orandi, in fine.

Oratio ex fide procedit. Auguſt. Serm. 52. in nouis.

Orationi ieiunium adiungendum. Idem ibidem Serm. 76.

Oratio tantò debet eſſe inſtantior & feruentior, quantò res quæ petitur, fuerit maior. Idem ibidem Serm. 98.

Orationem pro re temporali quare non ſemper exaudiat Deus. Idem ibidem Serm. 108.

Oratio-

Orationibus Sanctorum indigent etiam iusti & pij homines. Chryſ. Hom. 79. ad pop. Ant. Tom. 5.

Orationes Sanctorum his dumtaxat proſunt, qui ipſi aliquid etiam operantur. Idem ibidem.

Orari quare Deus velit, cùm ipſe noſtras neceſſitates ſciat. Heſſel. in Orat. Domin. cap. 3.

Quomodo orandum ſit. Idem ibidem c. 4. 5. & 6.

De tempore Orationis. Idem ibidem c. 7. & 8.

De loco Orationis. Idem ibidem cap. 9.

De Oratione Dominica. Idem ibidem c. 11. 12. & 13. &c.

Oratio publica melior quàm priuata. Idem ibidem cap. 19.

Pro quibus orandum. Idem ibidem c. 20.

Oratio oranti eſt præſidium, Deo ſacrificium, dæmoni flagellum. Dictum Auguſtini.

Dominica Oratio, eſt quotidiana noſtra purgatio. Idem lib. 1. De nupt. & conc. cap. 33.

Virtus orationis eſt inæſtimabilis (ait D. Bonauentura,) & efficax ad omnia proficua impetranda, & noxia remouenda. Si vis patienter tolerare aduerſa, ſis homo orationis. Si vis tentationes & tribulationes ſuperare, ſis homo orationis. Si vis prauas affectiones conculcare, ſis homo orationis. Si vis aſtutias ſatanæ cognoſcere, ac eius fallacias vitare, ſis homo orationis. Si vis lætanter viuere in opere Dei, & laboris viam incedere, ſis homo orationis. Si vis denique vitia extirpare, & virtutibus imbui, ſis homo orationis. In Meditat. vitæ Chriſti, c. 36.

Quemadmodum ciuitas, ait Chryſoſtomus, quæ muris cincta non eſt, facilè venit in poteſtatem hoſtium, propterea quòd prorſus abſit id quo fuerat hoſtium

hostium incursus arcendus; sic & animam non munitam precibus, diabolus facilè in suam redigit potestatem ac ditionem, nec multo negotio omni scelere implet. Lib. 2. De oratione.

Cùm aliquid aliquando tardiùs dat Deus, commendat sua dona, non negat. Desiderata diu dulciùs obtinentur, citò autem data vilescunt. August. Serm. 1. De verbis Domini.

Eò magis Sancti exaudiuntur ad meritum, quò citiùs non exaudiuntur ad votum: ex dilatione enim crescit desiderium. Gregor. Moral. in Iob, lib. 20. cap 25.

Nec cibi sumantur nisi oratione præmissa, nec recedatur à mensa, nisi referatur Creatori gratia. Hieron. epistola ad Eustoch.

De quocumque pessimo in hac vita constituto non est desperandum: nec pro illo imprudenter oratur, de quo non desperatur. August. lib. 1. Retract. cap. 19.

Absit ab oratione multa locutio, sed non desit multa precatio, si feruens perseuerat intentio. Idem epistola 121. ad Prob.

Orandum præcipuè docemur pro populo, hoc est pro toto corpore, pro omnibus membris matris nostræ, in quo est mutuæ charitatis insigne. Cùm enim singuli orant pro omnibus, & omnes orant pro singulis. Si pro te roges tantùm, pro te rogabis: si autem pro omnibus, omnes pro te rogabunt; siquidem & tu in omnibus es. Ita magna remuneratio est, vt orationibus singulorum acquirantur singulis totius plebis suffragia; in quo arrogantia nulla, sed humilitas maior, & fructus vberior. Ambr. lib. 1. De Cain & Abel, cap. 9.

Quænam

Quænam segnitia est, alienari & capi ineptis cogitationibus & profanis cùm Dominum deprecaris? quasi sit aliud quod magis debeas cogitare, quã quod cum Deo loquaris. Quomodo te audiri à Deo postulas, cùm te ipse non audias? Vis esse Deum memorem tui quando rogas, cùm tu ipse memor tui non sis? Hoc est ab hoste in totum non cauere: hoc est, quando oras Dominum, maiestatem Dei negligentiâ orationis offendere: hoc est vigilare oculis, & corde dormire, cùm debeat Christianus & cùm dormit oculis, vigilare corde; sicut dicit sponsa, Ego dormio, & cor meum vigilat. Cypr. serm. De Oratione Dominica.

Oremus pro lapsis, vt erigantur; oremus pro stantibus, vt non ad ruinas vsque tententur: oremus, vt qui cecidisse referuntur, delicti sui magnitudinem agnoscentes, intelligant, non momentaneam neque præproperam desiderare medicinam. Idem lib. 2. epistola 7.

Qui orandus est vt faciat, illi est gratiarum actio reddenda cùm fecerit. August. epistola 107.

Ad impetrandum quod in pressuris petitur, facilior est oratio. Cypr. epistola 77.

In præsenti sæculo scimus orationibus inuicem nos posse iuuari; cùm autem ante tribunal Christi venerimus, nec Iob, nec Daniel, nec Noë rogare possunt pro quoquam, sed vnusquisque ibi portabit onus suum. Hieronym. in cap. 6. Galat.

Orandum pro defunctis. Aug. lib. 9. Confess. cap. 11. & 13. & Enchirid. c. 110.

De Oratione plura vide in Viridario Busæi, verbo Oratio: & apud Bellarm. lib. 1. De arte benè moriendi, c. 7. & Baïum l. 4. Christ. institut. c. 1. & seq.

S *Ornatus.*

Ornatus.

De ornatu mulierum pulchrè Cornelius A lapide in c.2. 1.ad Timoth. & in cap.38. Exodi; vbi etiam multis exemplis docet, quomodo piæ matronæ ornamenta sua soleant dedicare Deo eiusque cultui.

Ornatus muliebris & sæcularis deponendus. Cypr. lib. De bono pudicit. & Hessel. in Decalog. cap.188.

Vide etiam suprà, verbo Mulier, & Lessium lib.4. De Iure & iustit. cap.4. dubit.14.

Osculum, Osculari.

Osculari pedes Pontificis quid sit, &c. Vide Crespet Tract. De obedientia.

Quatuor ob causas solet osculum quondam dari. A lapide in cap.13. 2.ad Corinth. Vide ibidem etiam præcedentia.

De osculo impudico, tactu, &c. Hessel. in Decalog cap.188. & Felis. in Decal.

Otium.

Otium vitandum ob quinque causas. A lapide in cap.3. 2 ad Thessal. Vide eumdem in c.5. Exod. & Hessel. in Decal. cap.144. item Bellarm. lib.1. De arte benè moriendi, cap.vlt.

De otio desidioso, & otio sancto. Adrianus Mangotius Part.3. Monit. sacr. Mon.114.

Otiositas multorum malorum causa. Pintus in Ezech. cap.5. Vide eumdem in cap 16 & 23.

De Otio plura vide in Panario Busæi, verbo Otium.

Palma.

P.

Palmæ.

PALMARVM cærimoniæ. Felis. in Decal. & Vigor in Festo Palmarum.

Papa.

Titulos Papales pulchrè vide apud Bernard. lib. 2. De considerat. & apud Costerum in Dom. 3. Aduentus, ad illa verba, Tu quis es, &c.

Papa quomodo seruus seruorum. A lapide in cap. 9. Genes.

Vide plura infrà, verbo Pontifex.

Paradisus.

Vide suprà, verbo Ierusalem.

Parentes.

De parentum officio erga proles suas, vide Monita sacra Adriani Mangot. Part. 2. Mon. 55. & Bellarm. lib. 1. c. 11. De verbis Domini in cruce, & Hessel. in Decal. c. 135.

Pulchram exhortationem parentum ad filios & filias vide apud Ambrosium lib. De exhort. ad virgin. Tom. 4.

Parentes offerant proles suas Deo. A lapide in cap. 29. Genes.

Virtutibus parentum non esse confidendum, nec eorum vitijs trepidandum. Chrysost. Tom. 5.

De parentum malorum bonis filijs, & contrà, vide eumdem Homil. De nomine Abraham, To. 1.

Parentum benedictio efficax. Hessel. in Decal. cap. 133.

Parentum honor benedictionem & vitæ promissionem habet. Idem ibidem.

Parentes consulere tenentur filij,ducturi vxores. Idem ibidem cap.132.

Parentes honorandi. Idem ibidem.

Parentum maledictio in filios quandoque effectum sortitur. August.Serm.91.in nouis,& lib.22. De ciuit.c.8.

Parentum peccata quomodo Deus visitet in filios. Hessel.in Decal. c.67.& 68.

Parentes fideles quomodo possint traijcere peccatum originale,cùm ipsi eo careant. August.lib.1. De nupt.c.19.& l.5. contra Iulian. c.9.& lib.6.c.3.

Parentum defectus sæpè ingenerantur filijs. Idem lib.2.De nupt.cap.34.

O parentes crudeles & impios, inquit D.Bernardus, imò non parentes, sed peremptores, quorum dolor, salus pignoris; quorum consolatio, mors filij. Epistola 111. Loquitur autem de ijs, qui tristantur de ingressu filiorum in Religionem; de qua re vide etiam pulchrè Crespet au Sermon De la reception d'vn Nouice.

Pulchrum exemplum cuiusdam Nobilis iuuenis,qui Religionem erat ingressus inuita matre, vide apud Costerum in Dom.1.post Epiph.§.5.

Vide etiam infrà,verbo Religio,& Stapletonum in Prompt.mor.Dom.1. post Epiph.text.4.

De parentum erga liberos cura vide Staplet.ibidem Dom.2.Aduentus, text.2.& Dom.1.post Epiphan.text.3.item Dom.20.post Pentec.text.3.

Duo nobis parentes, inquit Augustinus; vnus ad vitam,alter ad mortem. Serm.28. in nouis.

Parsimonia.

De Parsimonia vide Cornelium A lapide in cap.18.Genes.

Vide

Vide plura ſuprà, verbo Abſtinentia.

Paſcha.

De Paſchate Chriſtianorum, & miraculis in eo factis, vide Cornelium A lapide in cap. 23. Leuit.

Paſcha tranſitus interpretatur, non reditus, ad vitam ſcilicet priorem. Bernard. ſerm. 1. De Paſchate, & Auguſt. lib. Quæſt. Veteris & Noui teſtamenti, cap. 116.

Paſcha quomodo myſticè per ſanguinem celebretur. Idem Ibidem.

Paſchalis Agni breuis expoſitio. Cyprian. ſermone De reſurrect. Domini.

Paſchalis feſti celebratio in memoriam beneficiorum Chriſti. Heſſel. in Decal. c. 110.

De cereo Paſchali vide Hieronymum Tom. 9.

De Agno Paſchali, vide ſuprà, verbo Agnus Paſchalis.

Paſsio.

De Paſſione Chriſti pulchram habet Concionem Bellarm. ſuper Dom. Paſſionis. Vide eumdem lib. 2. De gemitu columbæ, c. 3. Vide etiam pulchrè & doctè Leſſium lib. 12. De perfect. diuin. cap. 17. vbi proſequitur omnes acerbitates tormentorum Chriſti in particulari.

Vide & lege plura apud Coſterum in Meditationibus ſuper Paſſ. Domini, & Cartagenam De Paſſ.

Item apud D. Leonem, qui nouemdecim ſermones de ea ſcripſit.

Faſciculus myrrhæ, ait D. Bernardus, Paſſio eſt Saluatoris. Hunc faſciculum iugiter medullis cordis ingere, hoc faſciculo aditum pectoris munito, hunc denique non retrò in humeris, ſed antè præ oculis perpetua recordatione geſtato: retrò enim ſi

portas, portabis & non odorabis; onus te premet, odor non reficiet;obligationem senties, consolationem non percipies. Serm.43.in Cant.

De Passione Christi vide etiam pulchrè in Mon. sacris Adriani Mangotij,Part.3.Mon.18.66.& 71. item D.Bernard. Fer.4. Hebdomadæ pœnosæ. Lege quoque Vittam coccineam Iansſonij.

Filius Dei passus est vt nos filios Dei faceret, & filius hominis pati non vult vt esse filius Dei perseueret. Si odio sæculi laboramus,odium sæculi sustinuit prior Christus. Si contumelias in hoc mundo,si fugam,si tormenta toleramus, grauiora expertus est mundi factor & Dominus,&c. Cypr. lib.4. Epistola 6.

Non debemus conturbari cùm aliquis Sanctus grauia & indigna perpetitur, si obliti non sumus quæ pertulit Iustus iustorum, Sanctusque sanctorum,cuius passio superat omnes passiones. Prosper sentent.275.

Christus Iesus æmulatores quidem habuit suæ passionis,sed non pares. Ambr. lib.10. c.22.

Pastor.

Pastoris est docere & concionari. Hessel.in Decal.cap.104.& 145.

Pastores omnes boni in vno sunt Pastore,vnamque vocem dicunt. Aug. Serm.79. & 81. in nouis.

Pastor malè viuendo auctoritatem docendi minuit aut amittit. Prosper lib.1. De vita contempl. c.15.& Lactant.lib.4.De vera sapientia,cap.23.

Pastor Ecclesiam sibi concreditam tempore periculi relinquere non debet Prosper lib.1. De vita contempl.cap.16.

Pastori non satis est, agenda exemplo monstrare, nisi

nisi etiam quæ credenda sunt, docendo ostenderit. Idem ibidem c.18.& August. Serm.79 in nouis.

Pastor malè viuentes redarguere debet. Idem ibidem c. 20.& Augustin. suprà.

Pastor simpliciter docere debet, vt omnes intelligant. Idem ibidem c.23.

Pastoris admonitiones si non audiant oues, ipse excusatur. Idem ibidem cap.22. & Augustinus Serm.79.& 80 in nouis.

Pastores & Ecclesiæ præpositos cur maximè persequantur hæretici. Cypr.De hæret.ad Corn.c.18. ante med.

Pastores honorandi. Hessel. in Decal. cap.141.

Pastores ita subditos suos diligant,vt etiam mori pro ipsis parati sint. August. Serm.73. in nouis,& Chrys.Hom.3.ad pop. Antioch.

Pastores officium suum non implentes redarguuntur. Augustinus Serm.79.in nouis, & Hessel. in Decal. cap.145.

Pastor lac & lanam, id est vitæ necessitatem accipere potest. Idem ibidem,& Hessel.suprà,c.143.

Pastoris est non seipsum pascere, sed oues. August. suprà.

Pastoris mali non vita, sed doctrina sequenda. Idem ibidem,& Tract.11.in Ioannem.

Similitudinem adfert Hessel. de lapide viam monstrante, suprà cap.141.

Pastorale officium quàm sit periculosum. Hessel. suprà. hinc D.Gregorius dicit,Regimen animarum esse artem artium, in suo Pastorali.

Qualis debeat esse vita Pastoris,vide Cornelium A lapide in cap. 17. Numer.

Sermonem ad Pastores habet D.Bernard.

Duas etiam Conciones habitas ad Pastores in Capitulo Pastorali, vide, si placet, in libro nostrarum Strenarum.

Pastoralis labor sua non carebit mercede, licet fructus non sequatur. Vide pulchrè Bernard. lib. 4. De considerat. c. 1.

Quidquid non licet, Pastoris est prohibere, ait D. Augustinus, ne fiat; & plebis est audire, ne faciat.

Quæ & quanta prudentia Pastoribus sit necessaria, vide D. Gregorium Homil. 17. in Euangelia.

Quid subditi debeant Pastoribus & Superioribus Ecclesiasticis, vide Mon. sac. Part. 2. Mon. 71.

Quid verò Pastores econtrà debeant suis subditis, vide eumdem ibidem Mon. 48.

Quam & quantam gloriam habituri sint boni Pastores in die Iudicij pro tot animarum lucro, vide Cornelium A lapide in cap. 2. 1. ad Thessal.

Illi Pastores furantur verbum Dei, inquit Augustinus, qui boni volunt videri loquendo quæ Dei sunt, cùm mali sint faciendo quæ sua sunt. De Doctr. Christ. lib 4. c. 29.

Agnosce beneficia Pastoris, scilicet Christi, & non sequeris lupum erroris. Idem serm. 11. De verbis Apostoli.

Patientiùs ferimus Christi iacturam, ait Bernardus, quàm nostram. Quotidianas expensas, quotidiano reciprocamus scrutinio, & continua Dominici gregis detrimenta nescimus. Lib. 4. De consid. cap. 9.

De Pastoribus Ecclesiæ integrum Tractatum habet Hieronym. Part. 3. Epistolarum, Tract. 4.

Vide etiam Hieronymum Platum, lib. 1. De Relig. cap. 37.

De

De Pastoribus plura vide apud Augustinum in Sermonibus nouis, in quibus longum habet de iisdem Tractatum.

Patientia.

De Patientia vide multa pulchrè apud Cornelium A lapide, in cap. 2. 2. ad Timoth. & alibi.

De Patientia iuncta clementiæ, vide eumdem in cap. 10. Exodi.

Omnia patienter ferenda. vide eumdem pulchrè ex Hieron. in cap. 28. Exod.

De Patientia etiam pulchrè disserit Bellar. lib. 2. De septem verbis Christi in cruce, cap. 10.

De Patientia Christi agit Lessius lib. 12. De perfect. diu. cap. 20.

Patientia mater castitatis. Cornelius A lapide in cap. 37. Genes.

De Patientia & tolerantia vide etiam Chrysost. Homil. 4. ad pop. Antioch. & Monita sacra Part. 1. Mon. 10. & A lapide in cap. 27. Genes. item Peraldum in Summa virtut.

De virtute Patientiæ pulchrum exemplum lege apud D. Gregorium Homil. 15. in Euangelia.

Vide etiam multa exempla apud Cornelium A lapide in cap. 16. Exod.

De merito Patientiæ vide pulchrè Franciscum Arias in lib. De imitat. Virg. cap. 45. & sequent. & Staplet. in Prompt. mor. Dom. Sexages. text. 8.

Patientiæ exemplum Christus. Augustin. lib. 2. de peccat. merit. cap. 11.

Ad patientiam exhortatio. Chrysost. Homil. 4. ad pop. Antioch. & D. Basilius ex professo Orat. 11.

Patientia Dei in peccatis nostris ad pœnitentiam nos exspectat. August. Serm. 82. in nouis.

Patientia Dei donum. Idem Serm. 1. De S. Vincentio, in nouis.

Patientia homini necessaria est, quia ad laborem natus est. D. Bern. serm. De obedientia, patientia, & sapientia.

Tolle charitati patientiam, ait Cyprianus, & desolata non durat. Lib. De patientia, quem perlege.

Iniustè pati, & posse resistere, & nolle, gloria est patientis, & damnatio occidentis. Ambros. epistola 1. ad Corinth. cap 2. Tom. 3.

Magis plangendus est faciens maligna, quàm patiens; quia iniustum malitia sua demergit ad pœnam, iustum autem tolerantia ducit ad gloriam. Leo in Festo omnium Sanctorum.

Magis optamus & cupimus contumelias & iniuriam singulorum clementi patientia vincere, quàm sacerdotali licentia vindicare. Cypr. lib. 3. epistola 9.

Vide plura apud Gretzerum lib. 5. De S. Cruce, cap. 18. & in aliis capit. eiusdem libri.

Patria.

Exempla Gentilium qui se pro patria deuouerunt, vide apud Cornelium A lapide in cap. 32. Exodi.

Patriâ nihil dulcius, nihilque charius. Feuardentius in Ruth.

Patria nostra est paradisus. Idem ibidem, & A lapide in cap. 25. Exod.

Si dulcis est patria, inquit Augustinus, amara est peregrinatio: si amara peregrinatio, tota die tribulatio. Enarrat. in Psalm. 85.

Patriam nostram paradisum computamus, inquit

quit Cyprianus, quid non properamus, quid non currimus, vt patriam nostram videre, vt parentes salutare possimus? Magnus nos illic charorum numerus exspectat; parentum, fratrum, filiorum frequens nos & copiosa turba desiderat, iam de sua immortalitate secura, & adhuc de nostra salute sollicita. Ad horum conspectum & amplexum venire, quanta & illis & nobis in commune lætitia? Serm. De immortalit.

Paulus, Paula.

De laudibus S. Pauli habet Chrys. nouem Homilias Tom. 4.

De laudibus S. Pauli lege etiam copiosè & pulchrè Corn. A lapide in principio Commentarij sui in Epistolas.

Paulus pius verborum seminator. Augustinus Serm. 56. in nouis.

In S. Pauli Conuersione sermo extat D. August. Serm. 105. 106. & sequent. in nouis.

Diui Pauli laudes recitat iterùm Chrysost. serm. De virtut. & vitiis, Tom. 5.

Paulam in cælum vsque pulchrè prosequitur ex D. Hieronymo Cornelius A lapide in cap. 26. Exodi. Lege etiam Hieron. in epitaphio eius.

Paupertas.

De Paupertate & tribulatione pulchram vide similitudinem apud Pintum in Ezech. cap. 16.

Encomium paupertatis, & quædam exempla vide apud Costerum super Dom. Quinquages. in historia Cæci mendicantis.

Multas vtilitates paupertatis Euangelicæ, & simul nocumenta diuitiarum lege apud Hieronymum Platum lib. 1. De Relig. cap. 9. & D. Chryso-

sosto-

ſoſtomum Homil. De oratione Annæ, Tomo 1.

De fructibus ex paupertate capienda, vide eumdem Hom. 28. ad pop. Antioch. vbi & de pauperibus ante ingreſſum eccleſiarum ſedentibus diſſerit.

Paupertatis priuilegia ſupra diuitias explicat idem Chryſoſt. Homil. 2. ad pop. Antioch.

Paupertatem eſſe vtilem, iterùm Chryſoſt. Homil. 74. ad pop. Antioch.

De pauperibus ad menſam vocandis, vide pulchrè & copiosè eumdem Homil. 1. in cap. 1. ad Coloſſ.

Nihil eſſe pauperibus exprobrandum, nulloque prætextu iis recuſandam eleëmoſynam, vide eumdem Homil. 21. in cap. 12. Rom. in Exhortat. morali.

Pauperes non eſſe curiosè ſcrutandos. Idem Tomo 5.

De pauperibus ante fores templorum ſedentibus, & quam vtilitatem ex ipſis capere debeamus; vide pulchrè apud Hoſium cap. 90. ſuæ Confeſſionis.

Cur Deus priùs pauperes & contemptibiles, quàm diuites vel Reges ad fidem & Euangelium vocauerit, vide quinque rationibus demonſtratum apud Bellarminum in Conc. ſuper Epiphan. Parte 2.

Pauperum curam habendam. A lapide in c. 15. Deuteron.

Cur tot pauperes inueniantur, vide aliquot rationibus demonſtratum apud Bellar. Conc. ſuper Dom. Lætare.

Ad

Ad pauperes exhortatio. Auguſt. Serm. 44. in nouis.

Pauperes quoſdam eſſe voluit Dominus, vt diuites occaſionem haberent promerendi benedictionem. Idem Serm. 70. in nouis, & Chryſoſt. Homil. 2. ad pop. Antioch.

Paupertatis commendatio apud Bernard. ſerm. 4. De Natiuit.

Paupertas voluntaria à gemina impugnatione reddit ſecuros. Idem Serm. 4. in paruis.

Paupertas vera quæ ſit. Auguſt. Serm. 25. in nouis.

Paupertas Chriſti. Idem ibidem.

Inuita paupertas malum inſatiabile, querimonia ſemper & ingratitudine plenum. Chryſoſt. lib. 3. De Sacerd.

Pax.

Pacis & fraternæ dilectionis commendatio. Cypr. lib. 3. ad Quir. cap. 3.

Pax & reconciliatio non nimis facilè concedenda lapſis. Cypr. epiſtola 91. & 92.

Ad pacem ſectandam exhortatio. Auguſt. Sermone 82. in nouis, & Chryſoſt. Tom. 1. in illud Pſalm. 121. Fiat pax in virtute, &c.

Contra pacis perturbatores agit Bernard. ſermone 29. in Cantic.

De Pace vide etiam Gregor. Nazianz. per aliquot Conciones. item Staplet. in Prompt. mor. Dom. 1. poſt Paſcha, text. 2. & Dom. Pentecoſt. text. 4. & Monita ſacra, Parte 3. Mon. 100.

De pace cum Deo & proximo, idem Dom. 3. Quadrageſ. text. 3.

De pace falſa impiorum. Idem ibidem text. 4.

Paci-

Pacificorum exempla vide apud Cornelium A lapide in cap. 26. Genes.

Impossibile est, inquit Bernardus, in hoc loco & tempore scandalorum, pacem inter nos conseruari, nisi & is qui in aliquo fortè offendit proximum, animosam elationem, & is qui offensus est, nihilominùs caueat inexorabilem obstinationem. Serm. De verbis Apostoli: Non est regnum Dei esca, &c.

Huius pacis vtrumque membrum sic complectitur Augustinus. Videte, inquit, fratres, panem cælestem spiritualiter manducate, innocentiam ad Altare apportate. Peccata si sint quotidiana, vel non sint mortifera. Antequam ad Altare accedatis, attendite quid dicatis, Dimitte nobis debita nostra, sicut, &c dimittis, dimittetur tibi: securus accede, panis est, non venenum. Sed vide si dimittis: nam si non dimittis, mentiris, & ei mentiris quem non fallis. Mentiri Deo potes, fallere non potes. Nouit ille quid agas. Intus te videt, intus te examinat, intus inspicit, intus iudicat, intus aut damnat aut coronat. Tract. 26. in Ioannem.

Qui non habet aduersarium, plena pace lætatur. Idem De natura & gratia, cap. 62.

De Pace plura vide ex Scriptura & Patribus in Viridario Busæi, verbo Pax.

Peccatum.

De malo peccati vide Lessium lib. 12. De perfect. diuinis, cap. 10. & lib. 13. cap. 28.

Peccatum primi hominis fuit superbia. Prosper lib. 2. De vita contempl. cap. 19.

Peccatum originale vnde trahatur. August. Sermone 49. in nouis.

Peccatum mortis causa & origo. Idem ibid. Ser. 66.

Pecca-

Peccatum quot inferat mala, vide pulchrè & copiosè apud Staplet. in Prompt. mor. Dom. Paſſionis, text. 1. & Granatenſem Conc. 2. in Paraſc.

De peccato ex conſuetudine vide Oſorium in Fer.6.poſt.Dom.1.Quadrageſ.

Peccatorum habendam memoriam. Chryſoſt. Homil. 46. ad pop. Antioch.

Peccatum peccati pœna. vide Cornelium A lapide in cap.1. Rom. & Auguſt. De natura & gratia, cap.22 & 23.& Chryſoſt. Homil. de Adam & Eua, Tom.1. & Gabrielem Enchino De quatuor nouiſſimis.

De peccato originali ſermocinaliter agit Beſſe in ſuo Quadrageſimali ſuper Fer. 4. poſt Dom. 4. Quadrageſimæ.

Septem peccata mortalia quibus beſtiis comparentur, vide Ioannem Dauidis in Apiario, Parte 9. à cap. 4.

Peccatum diſſoluit harmoniam vniuerſi, A lapide in cap. 6. Geneſ.

De tribus vinculis quibus Sancti conſtringuntur ne peccatum admittant, vide pulchrè Cornelium A lapide in cap. 39. Geneſ.

De peccato in Spiritum ſanctum vide Bellarm. in Controuerſ. De pœnitentia, cap.16.

Peccati agnitio. vide ſuprà, verbo Agnitio.

Aliud peccatum, aliud natura. Auguſt. De gratia Chriſti, cap.19.

Peccati duæ cauſæ, ignorantia & infirmitas. Idem Enchirid. cap.81.

Peccata venialia Oratione Dominica & eleemoſynis remittuntur. Idem lib. 1. ad Bonifac. cap.14.

Pecca-

Peccatum tribus modis committitur, operando, loquendo, & cogitando. Ibid. cap. 13.

Potest homo diuino adiutorio sine peccato hîc viuere. Idem lib. 2. De peccat. merit. cap. 6. De spiritu & littera, cap. 35. De natura & gratia, cap. 17. & alibi.

Peccatum quomodo corrumpat naturam. Idem De natura & gratia, cap. 20.

A peccatis nemo liberatur, nisi gratiâ Dei. Idem epistola 105. & lib. 2. Confess. cap. 7.

Peccatorum commemoratio ad quid conducat. Idem lib. 10. Confess. cap. 3.

Peccata quæ & quomodo punienda. Idem lib. 3. Confess. cap. 8.

De peccatorum punitione copiosè differit Lessius lib. 13. De perfect. diuin. per totum.

De peccato orationem habet Basil. Orat. 3.

Peccantem impossibile est latere. Bernard. De conuersione ad Clericos, cap. 16. & Chrysostomus Homil. 40. Operis imperf. in Matthæum.

Peccata etiam occultissima in die Iudicij reuelanda. Dionys. Carthus. De quatuor Nouissim. art. 31.

Peccati magnitudo in Deum pensanda ex ipsius Dei summa maiestate, benignitate, sanctitate, & infinita sapientia. Idem ibidem art. 23. & 24.

Peccata quædam subinde in hoc sæculo grauiter punit Deus, vt inde rigorem diuini iudicij intelligeremus. Idem ibidem art. 17.

Peccantium multitudini non parcet Deus. Chrysostomus lib. 1. contra vituper. vitæ monast. in fine, Tomo 5.

Peccatum pauidum & timidum facit ipsum peccato-

cato-

catorem. Item Homil. 8. ad pop. Antioch. & Homilia 1. in Psalm. 50.

Peccatum duo nobis peperit, tristitiam & dolorem. Idem Homil. 5. ad pop. Antioch.

Peccatis alterius communicat, & pro his punitur, qui ea non corripit aut castigat, etiamsi non consentiat. Idem Homil. 2. ad pop. Antioch.

Peccata leuia non contemnenda, sed ex iis peccatorum maiorum pernicies agnoscenda. Idem sermone proprio de hac re, Tom. 5.

Peccati venialis & mortalis discrimen vnde sumendum. August. Serm. 105. in nouis, & Hessel. in Symb. cap. 71.

Peccata etiam venialia diligenter cauenda, quia multitudine sua premunt. Augustinus ibidem.

Peccati remissio quare non statim pœnitenti tribuatur. Idem ibidem.

Peccatum omnium malorum causa est. August. Serm. 64. in nouis.

Peccatum vnicum malum est quod timere, & de quo tristari oportet. Chrysost. Homil. 5. & 6. ad pop. Antioch.

Peccatorum principia cauenda, alioquin in profundum paulatim detrahunt. Idem Tomo 5.

Occasiones & media ad peccatum ducentia etiam cauenda. Idem Hom. 15. ad pop. Antioch. & Homil. De nequitia depulsa, & virtute inducta, Tom. 5

Peccata peccatis aliquando vindicat Deus. Augustin. quæst. 13. super Iudicum.

Peccata vt persuadeat diabolus, leuia facere studet. August. Serm. 78. in nouis.

Peccata in Deum, & peccata in proximum. Idem ibidem Serm. 105.

T Pecca-

Peccatum etiam vnicum mortale captiuat hominem & damnat. Chryſoſt. Homil. 29. in Acta, in fine.

Peccata eorum qui in dignitate conſtituti ſunt, grauiora ſunt quàm quæ ſint ignobilium & vulgarium hominum. Idem lib. 3. De Sacerd. Tom. 5.

Peccata clamantia. vide Heſſelium in Decalog. cap. 194.

Peccatum vnius viri Eccleſiaſtici ad omnes reliquos transferentibus, & ex vno ſimiliter de omnibus iudicantibus eleganter reſpondet Auguſtinus epiſtola 137.

Peccator omnia habet ſuſpecta, & etiam vmbras timet. Chryſoſt. Homil. 8. ad pop. Antioch.

Peccatoris conuerſio, à timore communiter initium ſumit. Heſſel. in Symb. cap. 75. & ſequent.

Peccatum neſcientis, inquit Auguſt. ſine voluntate non fit, ſed voluntate facti, non voluntate peccati, quod tamen factum, peccatum eſt. Lib. 1. Retract. cap. 5.

Si omne peccatum nunc plecteret Deus, nihil vltimo Iudicio reſeruari putaretur. Rurſum, ſi nullum peccatum nunc puniret Deus, nulla eſſe diuina prouidentia crederetur. Idem lib. 1. De ciuit. cap. 8.

Inexcuſabilis eſt omnis peccator, vel reatu originis, vel additamento etiam propriæ voluntatis, ſiue qui norit, ſiue qui ignorat. Idem epiſt. 105. ad Sixt.

Si nunc recorderis peccatorum tuorum, & frequenter ea in conſpectu Dei pronunties, & pro eis depreceris, citiùs illa delebis: ſi verò obliuiſcaris, tunc eorum recordaberis nolens, quando publicabun-

cabuntur in conſpectu omnium amicorum & inimicorum. Chryſoſt. Hom. 31. ſuper Epiſt. ad Hebr.

Peccata leuia non ideò negligenda ſunt, quòd ſingula lethali vulnere non feriant; quippe collecta & coaeruata in vnum, iuſtitiæ pulchritudinem exterminant, & grauioris ruinæ periculum adferunt. Auguſt. epiſtola 108.

Nam, inquit idem alibi, nónne videmus de guttis mininis flumina compleri, iuxta illud Poëtæ,

Flumina magna vides paruis de fontibus orta:
Flumina collectis multiplicantur aquis.

& fundos trahi? Minuta ſunt, ſed multa ſunt. Vt ergo ſi fortè ruinoſa nauis aquam hinc inde tranſmittat, non dicturus es, quotidie eiiciendam non eſſe, quia quotidie & indeſinenter illabitur; ita nobis videtur ſæculi huius mare ſulcantibus: quoniam quotidianis peccatis aquam colligimus, quotidie ſentinandum eſſe: quia ſi non ſentinatur, paulatim ingreditur, vnde tota nauis mergatur. Sermone de Orat. Dominica.

Eodem ferè modo & alibi: Quotidiana ſunt, inquit, iſta quæ dico, ſed tamen peccata ſunt, & non leuia, quia multa. Quia verò quotidiana, & plurima, timenda eſt ruina multitudinis, etſi non magnitudinis. Lib. De decem chordis.

Vide eumdem Serm. 11. in nouis, ad illam petitionem, Dimitte nobis debita, &c. & Serm. 15. ſub finem, & Chryſoſt. De leuium peccatorum periculis, Tom. 5.

Sicut non impediunt à vita æterna iuſtum peccata quædam venialia, ſine quibus hæc vita non ducitur; ſic ad ſalutem æternam nihil proſunt impio aliqua bona opera, ſine quibus difficillimè vi-

ta cuiuslibet pessimi hominis inuenitur. August. De spiritu & littera, cap. 27.

Nos, ait idem Augustinus, si eos, in quos nobis potestas est, ante oculos nostros perpetrare scelera permittimus, rei cum ipsis erimus. Quàm verò innumerabilia permittit ille fieri ante oculos suos, quæ vtique si noluisset, nulla ratione permitteret, & tamē iustus & bonus est, &c. Lib. 5. cōtra Iul. c. 3.

Paucissimi sunt tantæ felicitatis, vt ab ipsa ineunte adolescentia, nulla damnabilia peccata committant, vel in flagitiis, vel in facinoribus, vel in errore; sed magna spiritus largitate opprimant, quidquid in eis possit carnali delectatione dominari. Idem lib. 21. De ciuit. cap. 16.

Tam diu quis peccata sua, quæ nosse ac deflere debet, ignorat, quamdiu aliena curiosè considerat. Prosper lib. 2. De vita contempl. cap. 6.

Peccata & delicta conscientiæ reputentur, vulnera cogitentur, & desinet vnusquisque de Domino & de hominibus conqueri, si quod patitur intelligat se mereri. Cypr. contr. Demetr.

Vt lapideam duritiem frequenti tunsione comminuimus, ita & nostrorum peccatorum coagmentationem dolore, confusione, detestatione, condemnatione, castigatione, ac conuersionis proposito quasi frequentatis ictibus expungimus. Vnde August. in Psalm. 146. Cor prauum, inquit, & tortum, & durum est. Iam ergo frangatur & conteratur vt dirigatur. Tu dirigere cor tuum non potes; tu frange, vt ille dirigat. Quomodo tu frangis? quomodo tu conteris? confitendo, puniendo peccata tua. Sic ille. Vide eumdem serm. 8. & 36. De verbis Domini.

Quæ

Quæ peccata parua ſint, quæ magna, quæ venialia, quæ mortalia, difficillimum eſt inuenire, periculoſiſſimum definire. Ego certè, vſque ad hoc tempus, cùm inde ſatagerem ad eorum indaginem peruenire, non potui: & propterea fortaſſis latent, ne ſtudium proficiendi ad omnia peccata cauenda pigreſcat. Idem lib. 21. De ciuitate capite vltimo.

De peccatis plura poteris videre in Panario Buſæi, verbo Peccatum.

Pentecoſtes.

De Pentecoſte ſermonem habet Chryſoſtomus Tomo 3.

Habet etiam ibidem paulò pòſt duas Homilias de Spiritu ſancto, qui in die Pentecoſtes fuit miſſus.

Vide etiam Cornelium A lapide in cap. 23. Leuitic.

De hac ſolemnitate habet etiam tres Conciones D. Leo.

De ieiunio Pentecoſtes habet idem Conciones quatuor.

Lege etiam Concionatores neotericos de hoc Feſto ſcribentes, & Heſſel. in Decal. cap. 100.

Peregrinari, Peregrinatio.

De Peregrinationibus vide Bellarm. lib. 3. De cultu Sanctorum, cap. 8. & Feliſium in Decalog. Coſterum in libello octo Propoſitionum, Stapleт. in Prompt. Cathol. Dom. 2. Aduentus, ad illud, Quid exiſtis, &c. item Heſſel. in Symb. cap. 119. denique Auguſtin. Serm. 94. in nouis.

Peregrini ſumus in hoc mundo. Vide Monita ſacra, Part. 1. Mon. 108.

De conditionibus peregrini quæ nobis apprimè

conueniunt, vide, si placet, libellum nostrum de Iubileo veteri & nouo.

Si dulcis est patria, ait Augustinus, amara est peregrinatio; si amara peregrinatio, tota die tribulatio. Enarrat. in Psalm. 85.

Perfectio.

Omnes Christianos obligari ad perfectionem, vide Hieronymum Platum lib. 1. De bono Relig. cap. 12.

De nouem mediis ad perfectionem, vide Cornelium A lapide in cap. 17. Genes.

Perfectio Christianæ Religionis consistit in septem rebus. Vide Lessium lib. 12. De perfect. diuinis, cap. 14.

De perfectionibus diuinis lege dictum librum Lessij.

In quo consistat perfectio huius vitæ. August. Serm. 53. in nouis.

De Perfectione plura vide in Viridario Busæi, verbo Perfectio.

Periculum incontinentiæ.

Liberanda est vigilanter de periculosis locis nauis, ne inter scopulos & saxa frangatur. Exuenda est velociter de incendio sarcina, priusquam flammis superuenientibus concremetur. Nemo diu tutus est, periculo proximus: nec euadere diabolum Dei seruus poterit, qui se diaboli laqueis implicauit. Cypr. lib. 1. epistola 11.

Erras, frater, erras, inquit Hieronymus, si putes vmquam Christianum persecutionem non pati. Tunc maximè oppugnaris, cùm te oppugnari nescis. Tranquillitas hæc tempestas est. Ad Heliodorum.

Idem

Idem Hieronymus, Semper, inquit, metuendum eſt naufragium, etiam in tranquillitate.

Perfidia, & Periurium.

Exempla vindictæ Perfidiæ & Periurij vide apud Cornelium A lapide in cap. 34. Geneſ.

Vide etiam, ſi placet, Orationem noſtram De iuramento, in libro Strenarum.

Periurus multis modis quis iurando efficitur. Heſſel.in Decalog. cap. 74.

Vide plura apud Auctores Catechiſticos, ſuper Præceptum, Non aſſumes nomen Domini, &c.

Vide etiam ſuprà, verbo Iuramentum.

Perſecutiones.

Perſecutionibus tyrannorum Eccleſia non modò oppreſſa non fuit, ſed magis floruit. Cypr. epiſtola 104. De dupl. martyrio.

De impietate perſecutorum fidei & pietatis, vide Staplet. Dom. 19. poſt Pentecoſten, text. 6.

De pœna & ſupplicio perſecutorum fidei. Idem ibidem text. 7.

De perſecutione Eccleſiæ. Idem Dom. 6. poſt Paſcha, text. 2.

De fructu perſecutionis. Idem ibidem.

Quòd perſecutio perſonalis declinari poteſt. Idem Dom. Paſſ. text. 8.

De cæcitate & ignorantia perſecutorum. Idem Dom. 6. poſt Paſcha, text. 2.

De quatuor grauiſſimis perſecutionibus, quas diabolus per miniſtros ſuos Eccleſiæ ſuſcitauit, lege Bellarminum Conc. 10. in Pſalm. 90. Qui habitat, &c.

Decem perſecutiones adaptantur decem plagis Aegypti. A lapide in Exodum.

Non minuitur persecutionibus Ecclesia sed augetur, dum grana quæ singula cadunt multiplicata resurgunt. D. Leo.

Vide plura infrà, verbo Tribulatio.

Perseuerantia.

Perseuerantia quid sit. August. lib. 83. QQ. quæst. 31.

Perseuerantia in bono, donum Dei est. Prosper lib. 1. De vocat. Gent. c. 24. & lib. 2. cap. 28.

De perseuerantia nemo ante finem vitæ securus est. Idem ibidem cap. 37. & August. Serm. 112. in nouis, & Monita sac. Part. 2. Mon. 6.

De Perseuerantia vide etiam Peraldum in Summa virtutum, Tom. 1. De fortitud. Part. 8. & Besse in Dom. 6. post Pentecost. ad illa verba, Triduo me sustinent.

Ad perseuerantiam hortatur Cyprian. epistola 9.

Quòd perseuerantia omnia vincat. A lapide in cap. 22. Leuit.

De perseuerantia in Religione lege, si placet, Concionem nostram tertiam ad Religiosos in lib. Strenarum.

De Perseuerantia in bono vide Staplet. Dom. 2. post Epiph. text. 6. & Dom. Quinquages. Text. 3. & 4. item Dom. 6. post Pentec. text. 2. & Dom. 13. post Pentecost. text. 6.

Perseuerantia, inquit Bernardus, nutrix est ad meritum, mediatrix ad præmium, soror patientiæ, filia constantiæ, amica pacis, amicitiarum nodus, vnanimitatis vinculum, sanctitatis propugnaculum. Tolle perseuerantiam, nec obsequium mercedem habet, nec beneficium gratiam, nec fortitudo laudem. Sola est cui æternitas redditur, vel potiùs

tiùs quæ æternitati hominem reddit, dicente Domino: Qui perseuerauerit in finem, hic saluus erit. Epistola 129.

Memento, inquit idem, solam ex omnibus perseuerantiam coronari, nec eam facilè posse inter tot discrimina vendicari. Serm. 4. in Dedicat. Ecclesiæ.

Præcepto legis cauda hostiæ in sacrificio iubetur offerri: in cauda quippe finis est corporis, & ille benè immolat, qui sacrificium boni operis vsque ad finem debitæ actionis perducit. Greg. Hom. 25. in Euang.

De Perseuerantia plura vide ex Scriptura & Patribus in Panario, verbo Inconstantia.

Personarum acceptio.

Non esse apud Deum personarum acceptionem, vide Augustinum lib. 2 ad Bonifac cap. 7.

Obediendum esse superioribus absque vlla acceptione, vel respectu personarum, vide Stapletonum in Prompt. mor. Dom. 1. post Epiph. text. 5.

De Acceptione personarum lege Leonardum Lessium lib. 2. De Iure & iustit. c. 32. à dubit. 1. Vide etiam suprà, verbo Acceptio personarum.

Pestis.

De causa Pestis eiusque remedijs vide Cornelium A lapide in cap. 9. Exodi.

Petrus & Paulus.

Petrus & Paulus eodem die martyrium obierunt. August. lib. 1. De consensu Euang. c. 10.

In Vigilia Petri & Pauli, deque eorum celebritate Sermonem habet Augustinus in nouis Ser. 112. & 113. item Bernardus & D. Leo. Vide Hessel. in Decalog. cap. 102.

Vide pulchra verba D.Chrysostomi de sanctis hisce Apostolis suprà, verbo Apostoli.

Philosophi, Philosophia.

De Philosophiæ studio Hessel. in Decalogum, cap.128.

In Philosophorum libris quædam conformia doctrinæ Christianæ inueniuntur. August. lib.7. Confess. cap.9.

A Philosophis si quid rectè dicatur, in nostrum vsum est conuertendum. Idem lib.2. De doct. Christ. cap.40.

Philosophi miseriam hanc humanæ vitæ peccatorum pœnam aliquo modo intellexerunt. Idem lib.4.contra Iulian.c.15.

Philosophorum scientia à Deo est. Idem lib.2. De ciuit. c.7.& lib.8.c.11.

Philosophia vtilis est homini Christiano. Bellarm. in Dom.1. post Epiph.

Lege etiam libros Boëtij De consolat. Philosophiæ.

Phrenetici.

De quinque Phreneticis vide Bernardum serm. super Ecce nos reliquimus omnia,circa medium.

Pietas.

De Pietate in Deum vide Staplet. in Promptuario morali,Dom.Paschæ,text.2.

Piè, iustè, & sobriè viuendum. Vide Bellarm. lib.1. De arte benè moriendi, c.6. & Conc.10. De Natiuit. Domini.

De Pietate plura vide in Viridario, verbo Pietas, & verbo Deuotio.

Piscatio.

Piscationum duarum meminit Scriptura, quas explicat

explicat Augustinus Serm. 5. & 32. in nouis.

Duo sunt præcipui piscatores hominum, Deus & diabolus. Bellar. Conc. in festo S. Andreæ.

De eorum retibus, hamo, cibo obiecto, quibus in piscatione vtuntur. Idem ibidem.

Plagæ Ægyptiacæ.

Quòd plagæ Ægyptiacæ fuerint præludium gehennæ, vide Cornelium A lapide in c. 7. Exodi.

Plagas Aegyptiacas ordine prosequitur & explicat Lessius lib. 13. De perfect. diu. c. 8.

De Plagis nouissimis. Idem ibidem c. 18.

Pœna.

Pœna temporalis hîc voluntariè pro peccatis suscepta, valet ad euitandam pœnam æternam. D. Prosper lib. 2. De vita contempl. c. 7.

Pœna peccatorum recordari facit. Vnde fratres Ioseph dicebant: Meritò hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum. Vide Chrys. Homil. 3. ad pop. Antioch.

De pœna infernali vide suprà, verbo Infernus.

Pœna damni grauior est in damnatis pœnâ sensus. Dionys. Carthus. De quatuor nouiss. art. 45.

Audi hac de re Chrysostomum. Qui (inquit) in gehenna vritur, & cælorum regnum prorsus amittit: quæ pœna certè maior est quàm cruciatus ille flammarum. Noui autem quòd plurimi pertimescunt gehennam: ego tamen illius gloriæ amissionem multò amarius quàm ipsius gehennæ dico supplicium. Si verò id non possum sermone monstrare, nihil est omnino mirandum: neque enim nouimus illorum beatitudinem præmiorum, vt infelicitatem quoque de eorum amissione scire possimus. Nos autem hanc absque dubio discemus, cùm ex-

perimento

perimento cœperimus edoceri. Itaque tunc aperientur oculi,tunc auferetur velamen, tunc cum ingenti dolore impij videbunt , quid inter bonum æternum & summum, & hæc caduca atque fragilia discriminis sit. Homil.24.in Matth.

Productior est pœna quàm culpa, inquit D. Augustinus,ne parua putaretur culpa, si cum ea finiretur & pœna. Tract.124.in Ioan.

Pœna æterna damnatorum , quare nunc carnalibus hominibus iniusta videatur. Hessel. in Symb. cap.110.

Quomodo iustè Deus pro vno peccato mortali infligat pœnas æternas, vide Lessium lib.13. De perfect. diu. cap.25. & P.Diez Conc.3. & 4. super Dom. 1. Aduentus.

Peccatum peccati pœna. Vide suprà,verbo Peccatum.

Illa est peccati iustissima pœna, vt quisque amittat quo benè vti noluit , cùm sine vlla posset difficultate vti , si vellet. August. De natura & gratia, cap.67.

Nullus debitor grauioris culpæ accipit veniam, nisi qualemcumque , etsi minorem quàm debeat, persoluerit pœnam. Ita enim tribuitur à Deo largitas misericordiæ , vt non relinquatur tamen disciplina iustitiæ. Idem De continentia,cap 6. Tom.4.

Pœnitentia.

Pœnitentiæ vtilitas. Prosper lib.2. De vita contempl.c.7.&August. Serm.74.in nouis,& Hom.50. lib.50.Homil.

Pœnitentiæ relapsis post Baptismum adhuc locus est. Cypr.epistola 59.& 98.

Pœnitentia & vitæ mutatio,communiter initium habet

habet ex aliquo timore præcedente. Heſſel. in Symb.cap.75.

Pœnitentia non differenda. Auguſt. Serm.68.in nouis,in fine, & 78.in fine, & 82.

Pœnitentia qualem triſtitiam requirat. Idem Serm.74.in nouis.

Pœnitentiâ peccatoris delectatur Deus. Cypr. epiſtola 104. De dupl.martyr.in med.

Pulcherrima Pœnitentiæ encomia ex Patribus vide apud Cornelium A lapide in cap.12. Leuit.& Chryſ.ſerm. De pœnitentia. Habet idem Chryſoſt. decem ſermones de pœnitentia, Tomo 5. non procul à fine; & poſteà adhuc alium ſermoné,vbi mirè extollit pœnitentiam,de eadem re pulchram quoque habet Homiliam ad pop.Ant.Hom.22.& Homil.80. item Hom.40. 41.& 42.ad pop.Ant.

De Pœnitentia habet quoque Conciones quinque Granatenſis Tomo 2. poſt Partem Quadrageſimalem.

De Pœnitentia peccatoris aureum ſcripſit libellum Claudius Viexmontius Pariſienſis, quem vtinam omnes legant.

Pœnitentia nulla ſera. vide Cypr. contra Demetr.in fine.

Numquam,inquit idem Cyprianus,clementiſſimi Dei benignitas pœnitentiam aſpernatur, nec ſerum eſt quod verum,nec irremiſſibile quod voluntarium. De Cœna Domini.

Quàm magna deliquimus,tam granditer defleamus. Alto vulneri alta & longa medicina non deſit. Cypr. De lapſis,in fine.

Ira Dei eſt, non intelligere delicta,ne ſequatur pœnitentia. Idem lib.1.epiſtola 3.

Primus

Primus felicitatis gradus eſt,non delinquere; ſecundus, delicta cognoſcere. Illic currit innocentia integra & illibata, quæ ſeruet: hîc ſuccedit medela, quæ ſanet. Quod vtrumque iſti, offenſo Deo, perdiderunt,& vt amiſſa ſit gratia quæ de ſanctificatione percipitur, & non ſubueniat pœnitentia, per quam culpa curatur. Idem ibidem.

Quemadmodum pœnitentia non prodeſſet ante Baptiſmum, niſi Baptiſmus ſequeretur, ita eadem non prodeſſet poſt Baptiſmum niſi Baptiſmus præcederet. Auguſt.lib.1.De nupt.& concup. c.33.

Quoties dicis, Cras cras, factus es coruus. Ecce dico tibi,cùm facis vocem coruinam, occurrit tibi ruina:nam ille coruus,cuius vocem imitaris,exijt de arca, & non redijt. Idem Serm.78.in nouis.

Toties apparet opus miſerentis, quoties confeſſio fit pœnitentis. Medicum ſe vocat (Chriſtus) & non ſanis, ſed malè habentibus opportunum. Sed qualis eſt medicus,qui malum iteratum neſcit curare? Medicorum enim bonorum eſt infirmum centies viſitare, centies curare. Idem De vera & falſa pœnitentia,cap.5.

De pœnitentia vide plura apud Bellarm.in Controuerſ.& lib.1. De arte benè moriendi, cap.13. & Viridarium Buſæi, verbo Pœnitentia.

Politici.

Contra Politicos vide Staplet. in Prompt. mor. Dom.19.poſt Pentec.text.8.9.& 10.

Contra Politicos vide inſignē Orationem Henrici Cuyckij inter Orationes Panegyricas ſeptimam.

Pollutio nocturna.

Pollutio nocturna interdum eſt ſine peccato. Proſper lib.3 De vita contempl.cap.6.

Vide

Vide D.Gregor. ad interrogationes Augustini, fol. vlt. Operis sui.

De Pollutione lege Lessium lib.4. De Iure & iu[illegible].cap.3.Dub.14.

Polygamia.

De Polygamia vide Cornelium A lapide in c.16. Genes.& Auctores Scholasticos, qui scribunt de Sacramentis.

Pontifex.

De Summo Pontifice lege Bellarm. in Controu. Tom.1.& Ioannem Dauidis in Apiario, Tract.4. à cap.7. per multa sequentia.

Pontificis varia nomina variosque titulos vide apud Bellarmin. lib.1. De Principe Christiano, cap.4.

Pontifices & Sacerdotes quibus ornamentis spiritualibus indui debeant. A lapide in cap. 28.Exod. per aliquot pagellas.

De prærogatiuis B.Petri Apostoli & Pontificis vide Bellarmin.in Controuers. De Summo Pontif. lib.1. à cap.17.

Vide etiam suprà,verbo Papa.

Potentia, Potestas.

De Potentum vitijs vide Cornelium A lapide in cap. 11. Leuitici.

Potestas humana sollicitudinum morsibus, & formidinum aculeis plena est, & quos terret, plus metuit, inquit Boëtius lib.3. De consol. Philosophiæ.

Quantus animi potentatus, ait Cyprianus, & quanta vis, non tantùm seipsum diabolo subtrahere,sed in omnem eius exercitum imperioso iure dominari? Epistola 2.

Præcepta,

Præcepta, Præceptores.

Præcepta non implet, qui forinſecus tantùm ea quæ Deus iubet manibus facit. Aug. ſuper Deut. quæſt.54. & Heſſel.in Decal.c.41.& 42.

Præcepta ſine gratia non impleri, figuratur Exodi 25. Auguſt. quæſt.105.ſuper Exod.

Præcepta omnia facta à Deo deputantur, quando id quod factum non eſt ignoſcitur. Idem lib.1. Retract.c.19.& alibi.

Præcepto, Non concupiſces, quid prohibeatur. Heſſel.in Decal.c.213.

Præceptum de non concupiſcenda vxore aliena, etiam ſimplicem fornicationem prohibet. Auguſt. quæſt.71.ſuper Exod.

Præcepta Decalogi quomodo diuidenda. Heſſel. in Decal. c.40.

Præcepta Dei ex dilectione fieri debere & hilariter. Idem ibidem cap.41.42. & 44.

Præcepta Dei grauia non ſunt. Aug. Serm.42. in nouis. Non eſt durum, inquit, nec graue, quod ille imperat, qui adiuuat vt fiat quod imperat. Vide etiam Heſſel.in Decal.cap.44.

Vide de hoc, ſi placet, Conci noſtram in lib. De lege Dei, Documento 6.

A præceptorum obedientia retardamur ſeptem impedimentis. Bern. ſerm.1. in Septuageſ.

Præcepta Eccleſiæ tamquam Domini mandata recipienda ſunt. Heſſel.in Decal.c.99.

Præceptis Prælatorum quatenus obedire teneantur Religioſi. Idem ibidem c.146.

De Præceptis ſeu mandatis vide plura apud Staplet. Dom.2. poſt Epiph. t.4. Dom. 2. Quadrageſ. t.5. & Dom. Pentec.t.2. denique ſuprà, verbo: Lex.

Præce-

Præceptores honorandi. Heſſel. in Decal.c.148.

Magnum Dei beneficium à iuuentute nanciſci bonos præceptores. Monita Part.3.Mon.103.

Prædeſtinatio, Prædeſtinatus.

Prædeſtinatorum quædam vniuerſitas. Proſper lib. 1. De vocat. Gentium, c.9.

Prædeſtinatio Dei non tollit ſtudium orandi. Idem lib. 2. De vocat. Gent c.36.

Prædeſtinatorum nullus perit. Idem ibidem c.35. & Auguſt. lib. 5. contra Iulianum, cap. 3. & De corrept. c.9. & 13.

De prædeſtinatione & reprobatione ſermoniſticè vide Beſſe in ſuo Quadrageſimali, ſuper Fer. 2. poſt Dom. 2. Quadrageſ. & ſuper Fer. 2. poſt Do. 3. Quadrageſ.

Quare Deus noluerit nos ſcire vtrùm ſimus de numero prædeſtinatorum nec ne, vide Auguſtinum De corrept. & gratia, c.13.

Quòd Prædeſtinatio precibus Sanctorum iuuetur. vide Gregorium lib. 1. Dial. c.8. §.5.

De Prædeſtinatione ſcholaſticè ſcripſit Leſſius.

De Prædeſtinationis effectibus & indicijs vide Monita ſacra Part. 3. Mon. 49.

Potuit Deus quoſdam, inquit Auguſtinus, ſicut voluit prædeſtinare ad gloriam, quoſdam ad pœnam: ſed quos prædeſtinauit ad gloriam, prædeſtinauit ad iuſtitiam; quos autem prædeſtinauit ad pœnam, non prædeſtinauit ad culpam. Lib. 1. ad Moni. cap. 13.

Secundùm occultam Dei prædeſtinationem, plurimæ ſunt oues foris, intus lupi, inquit Auguſtinus Homil. 45. in Ioan.

Prædeſtinatis ad Dei regnum, adhæret ſemper

 miſeri-

misericordia Saluatoris sui, siue quando conuertuntur, siue quando præliantur, siue quando coronantur. Idem suprà.

De Prædestinatione vide etiam Henricum Lancelottum in Hæretico Quare, Quare 80.

Prædicator, Prædicatio.

Prædicatio vnius Dei, nullis vmquam hominibus defuit per elementa & temporum volumina. Prosper lib. 2. De vocat. Gent. c 4. Non tamen prodest sine gratia Dei. Idem epistola ad Demetriad. ante medium.

Prædicatoris officium pulchrè declarat August. Serm. 119. in nouis.

Prædicatoris etiam malæ vitæ monitiones audiendæ Idem ibidem.

Prædicator non debet timere hominum persecutiones. Chrys. serm. 1. de Pentec.

Vide plura de Prædicatoribus apud Cornelium A lapide in cap. 23. Leuitici, & suprà, verbo Concionator.

Præfecti.

De Præfectis vide Hessel. in Decal c. 139. & 142.

Præfectis quæ sint necessaria, vide Bern. serm. 2. de Pascha.

De Præfectis etiam pulchrè August. Serm. 79. in nouis, & Hieron. epistola ad Rustic. Item Cypr. ad Demetrian.

Vide plura verbo Abbas, & verbo Superior, & verbo Episcopus, & verbo Pastor.

Princeps.

Principibus obediendum. Staplet. Dom. 22. post Pentec. text. 6.

Principum fauor quàm facilè amittatur. Vide

de Cornelium A lapide in cap. 1. Exodi.

Principum timor vtilis. Chryſoſt. Homil. 6. ad pop. Antioch.

Principem decet clementia & charitas. Vide pulchrè Pintum in cap. 19. Ezech. ad illa verba, Didicit capere prædam. item A lapide in cap. 50 Geneſ.

Vt multitudo deorum, inquit Athanaſius, nullitas eſt deorum; ita quoque neceſſe eſt, multitudinem Principum id efficere vt nullus eſſe Princeps videatur. Vbi autem Princeps non eſt, ibi prorſus diſturbatio naſcitur. In Orat. contra idola.

De Principe Chriſtiano, eiuſque officio, libros tres ſcripſit Bellarminus, quos lege. & Petrum Ribadineiram. Vide etiam ſuprà, verbo Dux. & Heſſelium in Decalog. cap. 139. & 140. item Monita ſacra, Part. 2. Mon. 49.

Progreſſus.

De progreſſu in virtutibus faciendo, vide pulchrè Monita ſacra, Part. 2. Mon. 68. & Bernardum epiſtola 253. item copioſè Cornelium A lapide in c. 33. Num. & in cap. 15. Exodi.

De quinque cauſis ob quas oportet progredi in virtutibus, vide Corn. A lapide ſuprà in c. 33. Num.

Quomodo profectus in virtutibus procurandus, quibúſve medijs. Idem ibidem.

Pulchrè Auguſtinus, Semper, inquit, tibi diſpliceat quod es, ſi vis peruenire ad id quod nondum es. Nam vbi tibi placuiſti, ibi remanſiſti. Si autem dixeris, Sufficit, etiam perijſti. Semper adde, ſemper ambula, ſemper profice. Noli in via remanere, noli retrò redire, noli deuiare. Remanet qui non proficit: retrò redit qui ad ea reuoluitur, vnde iam abſceſſerat. Deuiat qui apoſtatat. Melius ita claudus

in via, quàm curſor præter viam. Serm.15. De verbis Apoſtoli.

Caue vmquam in virtutis via ſubſiſtas, ait Gregorius Nazianzenus:tibi enim,qui à vitioſa vita exceſſiſti,perinde eſſe puto conſiſtere,ac ſi in imum vitiorum gurgitem labereris. In ſententijs diſtich.

Non proficere (inquit conformiter Bernard.) ſine dubio deficere eſt. Nemo proinde dicat, Satis eſt, ſic volo manere, ſufficit mihi eſſe ſicut heri & nudiuſtertius. In via reſidet, qui eiuſmodi eſt. In ſcala ſubſiſtit, vbi neminem vidit Patriarcha non aſcendentem,&c. Epiſtola 341.

De progreſſu in virtutibus vide plura ex Scriptura & Patribus in Viridario, verbo Profectus,& in Monitis ſacris,Part.3.Monit.16.

Propheta.

Septem ſignificationes vocis Propheta, vide apud Corn.A lapide in 1.Cor.14.initio.Et quinque ſpecies vide apud eumdem in cap.12.Num.

De dono Prophetiæ orationem ſeu Concionem habet Bellarminus in lib.ſuarum Concionum.

Propitiatorium, Propitiator.

Chriſtus Dominus quomodo ſit propitiatorium & propitiator, vide Cornelium A lapide in cap.25. Exodi.

De Propitiatorio vide Martinum Becanum lib. De analogia Veteris & Noui teſtamenti, c.12.

Proſperitas.

De proſperitate malorum & aduerſitate bonorum, vide Auguſtinum Serm.35.in nouis.

Iniuſtus ad debitam mortem currens, inquit Gregorius, effrænatis voluptatibus vtitur, quia & vituli qui mactandi ſunt, vberibus paſcuis relinquuntur:

quuntur: & econtrà iustus à transitoriæ iucunditatis delectationibus restringitur, quia vitulus ad laboris vsum deputatus sub iugo retinetur. Lib.2. Moralium,cap.4.& lib.6.cap.3.

Prospera in aduersis desidero, ait Augustinus,& aduersa in prosperis timeo. Quis inter hæc medius locus, vbi non sit humanæ vitæ tentatio? Væ prosperitatibus sæculi,semel & iterùm à timore aduersitatis, & à corruptione lætitiæ. Væ aduersitatibus sæculi semel & iterùm & tertiò à desiderio prosperitatis. Lib.10.Confessionum.

Prosperitate huius vitæ nequaquam gaudendum, & quæ sit ratio, vide Bellarminum Conc.3. in Domin.1.Aduentus.

Prosperitas plures perdit quàm aduersitas. Idem Conc.7.in Psal.90.

Prouidentia Dei.

De Prouidentia scripsit aliquot libros D.Chrysost.Tom.5.

De Prouidentia Numinis lege Opus Lessij.

Exempla diuinæ prouidentiæ vide in lib. Flandr. Columbani De fide.

De Prouidentia Dei erga Hebræos, vide Cornelium A lapide in c.10.Num.

De Prouidentia Dei, vide iterùm Leonardum Lessium lib.11. De perfect. diuin. à c.1. per totum, & Monita sacra Part.3.Mon.5. 105.& 64.

Sic administrat Deus cuncta quæ creauit (inquit D.August.) vt etiam ipsa proprios motus exercere sinat. Lib.7.De ciuit.c.30.

De Prouidentia Dei circa necessaria, vide Stapl. Dom.6. post Pentec.text.1.& Dom.4. post Pentec. text.5.

De prouidentia Dei circa salutem humanam, vide eumdem Dom.19. post Pentec. text.3. & Dom, Septuages. text.1.Prompt.mor.

Prouidentia humana.

Tutior est via, inquit D.Gregorius, vt bonum quod quisque sperat post mortem suam agi per alios, agat ipse dum viuit per se. Beatius quippe est liberum exire, quàm post vincula libertatem quærere. Lib.4.Dial.c.58.

De prouidentia seu prudentia filiorum lucis vide Stapl. Dom.8. post Pentec.t.2. De prudentia etiam filiorum huius sæculi, vide eumdem ibidem.

Proximus.

De cura proximi habenda. Chrysost.Homil.53. Tom.1.

Proximorum salutem quomodo Chrysostomus dilexerit, ostendit Hom.3. in Acta Apostolorum, sub finem.

Proximus ædificandus. Staplet. in Dom.6. post Epiph text.3.Prompt.moral.

Proximum quomodo diligere debeamus sicut nosmetipsos, vide eumdem Dom.12. post Pentec. text.4.

Proximo condonandum. Idem Dom.21. post Pentec.text.5.& 7.

Proximus quis dicendus sit. Hessel. in Decal. cap.113.

Proximi salutis curam agere, opus est Deo gratissimum. Chrysost.Homil. 3.in Genes.in med.

Publica bona.

Non proprijs & priuatis, sed Reipub. & publicis commodis studendum. A lapide in cap.47.Genes.

Publica, inquit D.Leo, præferenda sunt priua-

tis,

tis, & ibi intelligenda est præcipua ratio vtilitatis, vbi vigilat cura communis. Serm.4. De ieiunio septimi mensis.

Pudicus, Pudor.

Quisquis ab initio pudicus permanet, inquit Augustinus, ab illo (scilicet Deo) regitur: quisquis ex impudico pudicus fit, ab illo corrigitur: quisquis vsque in finem impudicus est, ab illo deseritur. Lib. De bono virg.

Pudet ablui (inquit Bern.) & non pudet inquinari: pudet sordes abstergere, & non pudet contrahere. Abstergitur caliga, & contemnitur anima.

Pudicitiæ præcepta. Cypr. epistola 97. & De bono pudic. ante med.

Pudicitiæ commendatio. Idem ibidem. Vide plura suprà, verbo Castus.

De pudore noxio vide Panarium, eodem verbo.

Pugna, Pugnare.

Quomodo nobis assidua cum vitijs pugna. Augustin. lib.4. ad Bonifac. c.10.

Quam spem habes, inquit August. quòd possis aliquando vincere, qui nondum cœpisti pugnare. Serm.12. De verbis Apostoli.

Hæc est actio nostra, inquit idem Augustinus, hæc est militia nostra, in hoc agone cùm confligimus, Deum habemus spectatorem: in hoc agone cùm laboramus, Deum poscimus adiutorem. Si enim nos ipse non adiuuat, non dico vincere, sed nec pugnare poterimus. Serm.13. De verbis Apostoli.

Vide plura suprà, verbo Miles, Militia.

Pulchritudo.

Pulchritudo seu forma bonum fragile est &

periculoſum. Vide Monita ſacra Part.2. Mon.26.

Forma (canit Poëta) bonum fragile eſt, quæ
quantum creſcit in annos,
Fit minor,& ſpatio carpitur ipſa ſuo.

Hoc bonum, inquit Auguſtinus, eſt quidem donum Dei, ſed propterea id largitur & malis, ne magnum bonum videatur bonis. Hoc bonum malè amatur, poſtpoſito ſummo ac ſempiterno bono, quemadmodum iuſtitia deſerta & aurum amatur ab auaris nullo peccato auri, ſed hominis: ita ſe habet omnis creatura. Cùm enim bona ſit, & benè poteſt amari & malè; benè ſcilicet, ordine cuſtodito; malè autem, ordine perturbato. Lib.15. De ciuit. c.22.

Quid eſt ſpecioſa mulier? ſepulchrum dealbatum, niſi fuerit ſobria, caſta, pudica. Pulchritudo autem eius ſine his virtutibus eſt præcipitium patens, venenum inſipientibus compoſitum. Decus enim, corporis infirmitate tabeſcit; animæ autem pulchritudo immortalis eſt & æterna. Chryſoſt. in Pſal.50. Hom.1.

Pulchrè D. Ambroſ. explicans illa verba Abrahæ ad vxoré ſuam, Noui quòd pulchra ſis mulier, &c. Docemur hîc (inquit) non magnopere decorem quærendum coniugis, qui viro necem plerumque gignere ſoleat. Non enim tam pulchritudo mulieris, quàm virtus eius & grauitas, delectat virum. Qui ſuauitatem quærit coniugij, non tam ſuperiorem cenſu ambiat, quam neceſſitates non terreant maritales: non monilibus ornatam, ſed moribus. Offendit plerumque virum, ſi ſe vxor nobiliorem nouerit. Hæc proxima ſuperbiæ ſunt. Lib.1. De Abraham, cap.2.

Vide

Vide etiam suprà verbo Fœmina, & verbo Mulier.

Punitio.

Quomodo Deus ad puniendum tardus sit, ad miserandum autem velox, vide Osorium in Fer. 5. post Dom. 1. Quadrages. & Crespet in Triumpho B. Virg. super Festo Visitat.

Aliter punit Deus filios suos, aliter impios. Augustinus lib. 2. De pecc. mer. cap. 16.

Punit Deus etiam tunc cùm malam voluntatem impleri permittit. Idem De spiritu & littera, cap. 30.

Punitionis diuinæ exempla vide infrà, verbo Vindicta.

Purgatorius ignis.

Ignis purgatorius. August. Enchirid. cap. 69.

In Purgatorio quædam peccata quomodo remittantur. Idem ibidem cap. 119.

De Purgatorio librum scripsit Belliolanus.

De eo vide etiam Bellarm. in Controuers. Tomo 1. & lib. 2. De gemitu columbæ, cap. 9. & Lessium lib. 13. De perfect. diuin. cap. 17. item Petrum Thyræum in Appendice 2. ad lib. De apparit. spirituum: vbi varia adfert Concilia & præcipuos Patres qui diuersis locis floruerunt.

Vide quoque Hesselium in Symbolum, cap. 131. & Monita sacra Part. 3. Mon. 97. 98. & 112. item Baïum lib. 1. Instit. Christ. cap. 218. & alios recentiores.

Purificationis festum.

Cur in festo Purificationis cereos portemus, vide multas rationes apud P. Canisium in Mariano, lib. 4. cap. 12.

Tres Conciones de Purificatione habes in Monitis Marianis Adriani Mangotij.

Vide etiam alios Neotericos.

De eodem Festo tres quoque Conciones scripsit D. Bernardus.

Putei.

Tres putei Isaac quid significent. Vide Cornelium A lapide in cap. 26. Genes.

Psalmi.

Encomia Psalmorum vide ex Basil. & August. apud Cornelium A lapide in cap. 3. 1. ad Thessal. & in cap. 10. Numer. item Titelmannum in epistola ad Lectorem, præmissa Explicationi Psalmorum.

De Psalmo & Psalterio vide Belliol. Conc. 1. in Psalm. 90. Parte 2.

Q.

Quadragesima.

De Quadragesima vide Hieronymum Tomo 4.

De Ieiunio Quadragesimali vide Cornelium A lapide in cap. 24. Exodi, & Feuardent. in Esther, & Monita sacra, Parte 3. Mon. 20.

De Quadragesima duodecim Sermones scripsit D. Leo, quos diligenter lege.

Quadragesimæ solemnitas cur instituta, vide August. Serm. 76. in nouis, in principio.

Quadragesimæ tempus significat tempus mœroris, tempus huius vitæ. August. Serm. 74. in nouis, & lib. 2. De consensu Euangelist. cap. 4. & lib. 83. QQ. quæst. 81.

Quadra-

Quadraginta dierum ieiunium quid significet. Idem Serm. 6. in nouis.

De Ieiunij Quadragesimalis recto vsu, vide Staplet. in Dom. 1. Quadrages. text. 2.

Exempla eorum qui quadraginta diebus & quadraginta noctibus ieiunarunt, vide apud Cornelium A lapide in cap. 8. Deuter.

De sex Quadragesimæ vtilitatibus vide Bellarminum in Dom. 1. Quadrages.

De origine & institutione Ieiunij Quadragesimalis vide eumdem in Controuers. Tractat. De bonis operibus in partic. cap. 14.

De Ieiunio Quadragesimali vide etiam I. W. Viringi librum 3. De ieiunio, cap. 6. Scripsit is Auctor libros quinque de ieiunio, Medicè & Theologicè. Vide plura apud Neotericos super Dom. 1. Quadrages.

Quærendus Deus.

Quomodo Deus quærendus sit debito tempore, modo, & loco, vide Bernardum serm. 75. super Cantica.

De quærendo Deo habes in variis Psalmis, vt Psalm. 104. Quærite Dominum, & confirmamini: quærite faciem eius semper. Psalm. 33. Inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono. Psalm. 9. Non dereliquisti quærentes te Domine. Iterùm Psalm. 33. Exquisiui Dominum, & exaudiuit me, &c. Vide plura suprà, verbo Deus.

Quinquagesima.

Quinquagesimæ tempus quid significet, vide Augustinum Sermon. 74. & 76. in nouis, & lib. 83. Q Q. quæst. 81.

Quinquagesimo die post Pascha quare missus fuerit

fuerit Spiritus sanctus. August. in nouis Serm.

De numero quinquagenario, quid designet. Vide Bellarm. Conc. 1. super Psalm. 90.

Vide de mysteriis eiusdem numeri etiam nostrum, si placet, Opusculum De iubileo veteri & nouo, in initio.

R.

Ranæ.

RANÆ Aegyptiacæ quid significent vide Cornelium A lapide in cap. 8. Exodi.

De earum plaga vide eumdem ibidem. & Lessium lib. 13. De perfect. diuin. cap. 8.

Rapacitas.

Rapacitas coarguitur. Fulgent. serm. 1. De Confessoribus.

Vide Hessel. in Decalog. cap. 200. & alios Auctores in Decalog. super præcepto, Non furtum, &c.

Raptus.

Raptus mulieris quid sit vel quando censeatur. Hessel. in Decalog. cap. 183. & Felis. ibidem.

Vide alios Auctores in Decalog. super præcepto, Non concupisces vxorem.

Ratio.

De reddenda Deo ratione omnium, vide Staplet. in Prompt. moral. Dom. 8. post Pentecost. text 1.

Vide etiam Granatensem ibidem, & alios Homiliarios. item Bellarm. Conc. 1. De morte.

Rebecca.

Rebecca speculum virginum, & quidem octuplex, vide

vide Cornelium A lapide in cap. 24. Genes.

Rebecca Ecclesiam significat. August Serm. 22. in nouis.

Recidiua peccati.

De Recidiua peccati vide Staplet. in Prompt. mor. Dom. 21. post Pentecost. text. 7. & Dom. 3. Quadrages. text. 6. Vide plura in Panario, verbo Recidiua.

Reconciliatio.

De perfecta cum Deo reconciliatione vide eumdem Staplet. Dom. 3. Quadrages. text. 5. & Dom. 21. post Pentecost. text. 5.

De Reconciliatione fraterna, vide eumdem Dom. 3. Quadrages. text. 3. & Dom. Passionis, text. 3. & Dom. 1. post Pascha, text. 2. & Dom. 1. post Pentecost. text. 3. & Dom. 5. post Pentecost. text. 5.

Reconciliationis necessitas. August. Serm. 62. in nouis.

Rector, Rectores.

Rectorum & superiorum vita quomodo à subditis in exemplum trahatur. vide Cornelium A lapide in cap. 28. Exod.

Curandum est, inquit Gregorius, vt rectorem subditis & matrem pietas, & patrem exhibeat disciplina. Atque inter hæc sollicita circumspectione prouidendum, ne aut districtio rigida, aut pietas sit remissa. Sic Samaritanus vinum & oleum vulneribus infudit, vt videlicet per vinum disciplinæ vulnera mordeantur, & per oleum charitatis foueantur. Parte 2. Curæ past. cap. 6. & 10.

Vide eumdem Moral. in Iob, lib. 10. cap. 18. & lib. 24. cap. 24.

Illustre

Illustre autem exemplum & pœnam non obseruatæ lenitatis, vide apud Cassianum Collat. 2. c. 13.

Vide plura suprà, verbo Præfecti, Prælati, &c.

Redemptio, Redimere.

De Christi redemptione, & cur potiùs hominem quàm Angelum redemerit, cùm vterque lapsus fuerit, vide Lessium lib. 12. De perfect. diu. cap. 3.

Redemit Christus genus humanum, & captiuum sub seruitute diaboli, liberauit pretio soluto. August. in nouis Sermonibus.

Redemptio nostra quomodo Angelis profuerit. Idem Enchirid. cap. 61.

Redemptionem nostram conuenienti modo peragere voluit Christus. Idem lib. 1. De doctr. Christiana, cap. 14.

Redemptionis humanæ sacramento quomodo vniuersa præcedentium sæculorum mysteria seruierint. D. Leo Serm. 3. De Passione Domini.

Vide etiam August. lib. 7. De ciuit. cap. 32.

Regnum cælorum, Regnum Dei.

Regnum Dei variis modis in Scriptura dicitur. Hesselius in Orat. Dom. cap. 24. & Monita sacra, Parte 1. Monito 40. & 41.

Regnum cælorum quomodo vim patiatur. Idem ibidem, Monito 83.

De Regno cælorum vide eumdem ibidem, Monito 20. 29. & 54.

Regnum cælorum venale est, inquit Augustinus. Quantum valet? Pretium ipsius labor est. Et æterno certè labore digna est æterna requies comparari. Sed si semper laborares, numquam ad requiem peruenires. At decies centena millia annorum finem habent. Nec tamen dicit tamen Deus: Decies centena

centena millia annorum labora. Non dicit, Vel mille annos. Non dicit, quingentos. Paucis annis labora, ecce quantum pretium damus, siliquam laboris ad requiem incredibilem. Enarrat. in Psalmum 93.

Tunc (nempe in die Iudicij) Regni ianua claudetur lugentibus, quæ nunc quotidie aperitur pœnitentibus, inquit Gregorius Homil. 12. super Euangelia.

Regno cælorum priuari quantum malum. Vide Chrysost. Homil. 47. & 48. ad pop. Antioch.

De Regno cælorum vide plura suprà, verbo Beatitudo.

Regnum terrestre.

Regnum terrestre est splendida seruitus. A lapide in cap. 11. Numer.

Vide plura infrà, verbo Rex.

Religio.

De statu Religioso vide P. Ioannem Dauidis in Apiario suo, Tract. 3. à cap. 2. per multa.

De priuilegiis Religionis vide Costerum super Dom. 2. Aduent. §. 11.

De statu Religionis, & de cogitantibus vel volentibus intrare Religionem, insignem libellum scripsit Leonardus Lessius.

Pulcherrimum quoque & lectu dignissimum opus de bono Religionis scripsit Hieron. Platus.

De Religiosorum proprietate vide multa apud Peraldum in Tomo De vitiis, Tractat. De auaritia.

De virtute Religionis vide Balduinum Iunium in Dom. 9. post Pentecost. Conc. 3.

Ad Religiosos pulchram admonitionem lege apud

apud Bellarm. lib. 2. De septem verbis Domini, cap. vlt.

Vide etiam, si placet, tres Conciones ad Religiosos habitas, in libro nostrarum Strenarum.

De ingressu Religionis fusè tractat Laurentius Beyerlincks in 3. Parte suarum Concionum.

Quàm felices sint qui ad Religionem à Deo vocantur, vide pulchrè apud Hieron. Platum lib. 1. de Relig. cap. vlt.

Quòd multa sint quæ volentibus intrare Religionem, vel amplecti perfectam vitam, obicem & repagulum obiiciant, vide eumdem ibid. lib. 3. à c. 15. per multa. item Monita sacra Dom. Quinquages. ad historiam cæci mendicantis, & ibid. Bellar.

Religiosi cur Nazaræis compatentur, vide pulchrè & copiosè Cornelium A lapide in cap. 6. Numer. & Becanum in Analogia Veteris & Noui testamenti, cap. 9.

Religiosus cur Issachar comparari possit, vide eumd. A lapide in cap. 49. Genes.

Religiosis otium vitandum est, vt castitatem seruent. Hessel. in Decalog. cap. 144.

Religiosi quid Prælato suo debeant. Idem ibidem cap. 146.

Religiosi numquam sine culpa, mandata aut statuta Prælatorum transgrediuntur. Idem ibidem.

Religiosis rectè præscribi certis temporibus & locis silentium. Idem ibidem cap. 147.

In Religione, inquit Bernardus, viuit homo puriùs, cadit rariùs, surgit velociùs, incedit cautiùs, quiescit securiùs, irroratur frequentiùs, purgatur citiùs, moritur confidentiùs, & remuneratur copiosiùs.

De

De virtute Religionis vide plura ex Scriptura & Patribus in Viridario Busæi verbo Religio; & Monita sacra, Parte 3. Mon. 108. 119 & 120.

Religio Christiana.

Quòd Religionis Christianæ perfectio consistat in septem rebus, vide pulchiè Leisium lib. 12. De perfect. diuin. cap. 14.

De Religionis negotiis non omnes æquè instructos esse oportet, nec exactè omnia eius dogmata nosse debent plebeij. Card. Hosius De legitimis Iudicibus rerum Ecclesiæ.

Religio quid sit, & vnde dicta. Augustinus lib. 83. QQ. quæst. 31. & lib. 10. De ciuitate Dei, cap. 4.

De veritate Catholicæ Religionis & doctrinæ Orationem habet Bellarminus in lib. suarum Concionum.

De puritate Catholicæ Religionis seu doctrinæ, habet idem Concionem ibid.

Lege etiam libros Augustini De doctrina Christiana. & Monita sacra, Parte 1. Mon. 5. & 38.

Reliquiæ Sanctorum.

Reliquias Sanctorum etiam Dominus ipse honorat. August. Serm. 102. in nouis.

Reliquiæ Sanctorum à nobis honorandæ. Hesselius in Symb. cap. 119. & 120.

Quo fructu honorentur Reliquiæ Sanctorum. Idem ibidem cap. 122.

De Reliquiis Sanctorum colendis & honorandis vide etiam Costerum super Dom. 2. Quadragesi. §. 4. & copiosè Bellarm. in Controuers. in Tract. De Imaginibus Sanctorum, Tom. 1. Vide etiam Hieronym. in epistolis, contra Vigilant.

Honoramus Reliquias Martyrum, inquit ibi Hieronymus, vt eum, cuius sunt Martyres, adoremus. Honoramus seruos, vt honor seruorum redundet ad Dominum, qui ait: Qui vos suscipit, me suscipit, &c. Libro 3. epistolarum contra Vigilantium.

Remedia peccatorum.

De Remediis peccatorum in specie & in genere, vide & lege diligenter & frequenter Panarium Busai, librum optimum & vtilissimum.

De Remediis gulæ & fornicationis, Cornelius A lapide in cap. 11. Numer.

Remissio peccatorum.

Lege Catechismum Concilij Tridentini, & Auctores in Symbolum, super articulo, Credo remissionem peccatorum; nominatim Hessèlium à c.71. & sequent.

Lege etiam lib. August. De peccatorum meritis & remiss.

Remittere offensam fratri, quatenus teneamur. August. Serm. 62. in nouis.

Remittere peccata quomodo Deo competat, & quomodo Sacerdoti absoluenti. Idem Serm. 114. in nouis.

Remissio peccatorum in omnibus quatuor ætatibus, ante legem, sub lege, sub gratia, & in pace plena. Idem Enchirid. cap. 119.

Non est remissio peccatorum sine Baptismo. Idem lib. 1. De nupt. cap. 33.

Remissio peccatorum est asylum Christianorum. Mon. sacra, Parte 1. Mon. 13.

De Remissione peccatorum nemo certus, & cur eam Deus non reuelet. Ibidem Mon. 15.

Respu-

Reſpublica.

Reſpublica conſeruatur præmiis & pœnis. A lapide in cap. 26. Leuit.

Quænam Reſpubl. optima, vide eumdem in cap. 4. Numer.

Vide plura ſuprà, verbo Publica bona.

Reſurrectio.

De Reſurrectione vide Heſſelium in Symbol. cap. 98. & ſequent. & Auctores alios cum Catechiſmo Trident. ſuper articulo, Carnis reſurrectionem.

Reſurrectionis Chriſti quæ cauſa fuerit. Auguſtinus Serm. 66. in nouis.

Quare Chriſtus reſurrexerit cum cicatricibus vulnerum. Idem ibidem Serm. 71.

Quomodo reſurgant, cadauera quorum à beſtiis deuorata ſunt. Proſper De dimidio temp. cap. 18. & Heſſel. in Symb. cap. 100. & 103.

In reſurrectione reparabitur quidquid hîc per peccatum corruptum fuerit. Proſper lib. 1. De vita contempl. cap. 4. & Auguſtinus Sermone 71. in nouis.

Carnis reſurrectionem contra Philoſophos adſtruit Auguſtinus Sermone 67. & 71. in nouis.

Reſurgent paruuli in plena ætate. Idem ibidem.

Poſt reſurrectionem corpora erunt ſpiritualia. Idem ibidem. quia nimirum ad nutum ſpiritus ſeruient vbi ſpiritus voluerit.

Reſurrectio Chriſti duplici priuilegio præeminet reſurrectioni aliorum. Bernardus Sermone 1. de Paſchate.

Qui ante Chriſtum ſurrexerunt à morte ſuſci-

tati, iterùm mori debuerunt. Cyprian. De Resurrectione Christi.

Resurget idem corpus, & eadem caro quam hîc gestauimus. Hesselius in Symb. cap. 99.

Resurrectionis fidem contra incredulos multis argumentis confirmat Gregorius Homil. 20. super Ezechielem.

De Resurrectione Domini habet D. Chrysost. nouem Homil. Tom. 3. & D. Hieronym. Tom. 4. de eadem materia tractat.

De Resurrectione mortuorum pulchrè scribit Lessius libro 13. De perfectionibus diuinis, cap. 21.

Vide plura apud Neotericos super Dom. Paschæ, nominatim Monita sacra, Parte 1. Mon. 112. & Bellarm. in suis Concionibus.

Retributio.

Quomodo Deus seruis suis hîc retribuat, & in futura vita, vide Cornelium A lapide in cap. 41. Genes.

Rex.

De Regum & Principum miseris conditionibus, operibus & periculis, vide Lessium De summo bono, lib. 1. cap. 5.

Reges qui & quomodo felices sint, vide pulchrè apud Cornelium A lapide in cap. 17. Deuteron. per multa exempla.

Reges non debent efferri fastu & superbia. Ibidem.

Aliter Reges seruiunt, quia homines sunt, inquit Augustinus, aliter quia Reges. Quia homines sunt, Deo seruiunt, viuendo fideliter; quatenus verò Reges sunt, Deo seruiunt quando in suo Regno bona iubent,

iubent, mala prohibent, & corrigunt non solùm quæ pertinent ad humanam societatem, verùm etiam quæ ad diuinam Religionem. Rex enim qui sedet in solio suo, dissipat omne malum intuitu suo. Epistola 50.

Conformiter D. Leo, Debes, inquit, Imperator incunctanter aduertere, Regiam potestatem tibi non solùm ad mundi regimen, sed maximè ad Ecclesiæ præsidium esse collatam, vt ausus nefarios comprimendo, & quæ benè sunt statuta defendas, & veram pacem his quæ sunt turbata restituas. Erunt enim Reges nutritij tui, & Reginæ nutrices tuæ. Epistola 72.

Quomodo omnes Christiani sint Reges, vide Gregorium lib. 26. Moral. cap. 26.

Vide plura suprà, verbo Regnum.

Rhinoceros.

De Rhinocerotis natura vide pulchrè D. Gregor. lib. 31. Moral. cap. 13. vbi D. Paulum rhinoceroti comparat.

Rhinoceroti etiam comparatur Christus ob sex causas. Vide Cornelium A lapide in c. 1. ad Ephes. & in cap. 23. Numer.

Roma.

In laudem Romæ & Romanæ fidei atque Religionis vide apud Cornelium A lapide in cap. 1. Romanor.

Roma, inquit D. Leo, per sacram B. Petri sedem caput orbis effecta, latiùs præsidet Religione diuina, quàm dominatione terrena. Quamuis enim multis aucta victoriis, ius Imperij sui terrâ marique protulerit, minus tamen est quod ei bellicus labor subdidit, quàm quod pax Christiana subie-

cit. Sermone 1. De natali Apostolorum Petri & Pauli.

Hæc vrbs, inquit idem Leo, cùm pænè omnibus dominaretur gentibus, omnium seruiebat erroribus: & magnam sibi videbatur assumpsisse Religionem, quia nullam respuebat falsitatem. In hac vrbe diligentissima superstitione habebatur collectum, quidquid vsquam fuerat vanis erroribus institutum. Ibidem.

Gratia Christiana non est contenta eosdem limites habere quos Roma, ait Prosper, multosque iam populorum sceptro Crucis Christi illa subdidit, quos armis suis ista non domuit. Quæ tamen per Apostolici Sacerdotij principatum amplior facta est arce Religionis, quàm solio potestatis. Lib. 2. De vocat. Gent. cap. 6.

Sicut clarificata fuit Ierosolyma Stephano, sic illustris facta est Roma Laurentio. Leo serm. De S. Laurent.

Isti sunt viri, inquit D. Leo, loquens de sanctis Apostolis Petro & Paulo, per quos tibi Euangelium Christi Roma resplenduit: & quæ eras magistra erroris, facta es discipula veritatis. Isti sunt Patres tui, verique Pastores; qui te regnis cælestibus inserendam multò meliùs multoque feliciùs condiderunt, quàm illi, quorum studio prima mœnium tuorum fundamenta locata sunt: ex quibus is qui tibi nomen dedit, fraterna te cæde fœdauit, &c. Super serm. 1. De natali Apostolorum.

Vide & lege ibidem plura de vrbe Roma, seu arce Romani Imperij, ad quam B. Apostolus Petrus, vt Princeps Apostolici ordinis, destinatus fuit.

O felix Roma, quæ tantorum Principum es purpura-

purata pretioso sanguine: non laude tua, sed ipsorum meritis excellis omnem mundi pulchritudinem. Ex Officio Rom. in Festo sanctorum Apostolorum Petri & Pauli.

De Romana vrbe, & Apostolis Petro & Paulo, qui vrbem illam exornant suis sepulchris gloriosis, vide pulchra verba D. Chrysostomi suprà, verbo Apostoli.

Romæ per Gallos deuastatio. Paulus Orosius lib. 2. Histor. cap. 19.

Romani Regem abiiciunt, & Consules sibi deligunt. Idem ibidem cap. 4.

Romani cur Iudæorum dumtaxat Deum non susceperint. August. lib. 1. De consensu Euang. cap. 12. & 18.

Rosarium.

De Rosario eiusque mysteriis vide P. Sailly in lib. De Litaniis, circa finem, & Carthagenam fusè in Opere Mariano; fusissimè autem de Rosario scripsit Andreas Coppenstein.

Rubigo.

Rubigo peccatorum quomodo auferenda, vide Pintum in cap. 24. Ezechiel. ad illa verba, Cuius rubigo, &c.

S.

Sabbatum.

De Sabbati obseruatione, & creationis mundi beneficio, cuius intuitu Sabbato quiescendum est, vide Granatensem Conc. 1. & 2. super Dom. 16. post Pentecost. & A lapide in cap. 5. Deuteron.

Sabbati obſeruatio quatenus iam à nobis exigatur, & quid ceſſatio ab operibus ſeruilibus ſignificauerit, vide Auguſt. quæſt. 172. ſuper Exod. & Heſſel. in Decalog. cap. 96.

Sabbati diem quare Deus veteri populo obſeruari præceperit. Idem ibidem.

Sabbati recta obſeruatio quid exigebat à Iudæis, Idem ibidem cap. 97.

Sabbati abolitio. Idem ibidem cap. 98.

Vide plura apud Auctores in Decalog. ſuper Præcepto, Memento vt diem Sabbati ſanctifices. Vide etiam ſuprà, verbo Feſtus dies.

Sacerdos, Sacerdotium.

De colendis & honorandis Sacerdotibus, vide Monita ſacra, Parte 2. Mon. 71. & Chryſoſt. Tomo 4. Homil. ſuper illa verba Pauli, Salutate Priſcam, &c.

Quam obſeruantiam Principes Chriſtiani Sacerdotibus Dei exhibere ſoliti ſint, vide pulchrè apud Petrum Ribadineiram lib. 1. De Principe Chriſtiano, cap. 35.

Sacerdotum dignè vel indignè celebrantium exempla vide apud Cornelium à lapide in cap. 21. Leuit. & in cap. 4. Numer.

Sacerdotes quales eſſe debeant, vel non eſſe, ex D. Gregorio docet idem in cap. 21. Leuit.

De Sacerdotio ſex libros ſcripſit Chryſoſt. To. 5.

Quàm ſancti eſſe debeant Sacerdotes, & cur, vide eumdem in cap. 22. Leuit.

Sacerdotis mala vita non excuſat nos. Chryſoſt. Hom. 2. in cap. 1. 2. ad Timoth.

Ad Sacerdotes pulchra admonitio habetur apud Bernard. epiſtola 42.

Vita

Vita Sacerdotis qualis esse debeat, vide Staplet. in Dom.3.post Pentec.text.1.

De reuerentia Sacerdotibus exhibenda.uiapȷ in Dom.2. post Epiphan. text.4. & Chrys. Homil. De fide Annæ,Tom.1.

De Sacerdotum proprio officio. Hessel.in Decal.cap 144.

Sacerdotium Christi in Aaron præfiguratum fuit, Exod.29. Prosper Part.2.Promiss.& prædict. cap.3.

Sacerdotium regno sublimius. Chrys. Hom.5. De verbis Isaiæ,Vidi Dominum,&c. Tom.1.

Sacerdotium vetus cessaturum,& nouum venturum prædicitur. Cypr.lib.1.ad Quirin.c.17.

Sacerdotum peccantium culpa grauissima. Prosper Part.2.Promiss.& prædict.cap.24.&Chrysost. in Opere imperfecto in Matthæum Homil.40. in fine.

Sacerdotum bona conuersatio fidelibus nota esse debet. August.quæst.119.& 120.super Exod.in fine.

Sacerdotes maximè dedecet ebrietas. Hessel. in Decal.cap.193.

Sacerdotij potestas per malam vitam non amittitur. August. quæst.46. in QQ. Veteris & Noui testamenti.

Sacerdotum castitas & continentia. Idem quæst.122.super Exod.& Hessel.in Decal. c.144.

De Sacerdotum cœlibatu libellum insignem scripsit Cardinalis Hosius.

Concionem ad Sacerdotes lege, si placet, in lib. nostrarum Strenarum.

Sacerdos in Ecclesia Dei vnus est summus,& vi-

ce Christi Iudex. Cypr. De hæret.c.18.inter princip.& med.& 66. ad Puppian.& Hieronym.epistola ad Rustic.

Sacerdotes mulierum consortia euitent. Hessel. in Decal.cap.144.

Sacerdotes in honore habendi magnique faciendi. Cypr. epistola 38. ad Rogat. & epistola 66. & Hessel.in Decal.c.141.

Sacerdotes cur oleo consecrentur. Cypr. Serm, De vnctione Chrismatis,in med.

Sacerdotes non facilè iudicandi, nec eis detrahendum. Idem epistola 66. ad Puppian. & Hessel. in Decal.c.141.

Quomodo Constantinus Magnus Sacerdotum vitia celanda volebat, vide Theodoretum lib.1. Hist. cap.11.

Sacerdotum malitia non impedit veritatem Sacramentorum. August. lib.2. contra epistolam Parmen. c.6.7.13.&c.

Ille verè est Sacerdos (inquit August.) qui cum Sacramento etiam iustitiâ induitur. Lib.2. contra litteras Petilian. c.20.

Pudet dicere (inquit Cypr.) quia ducatum sibi Sacerdotes accipiunt, qui exordium Religiosæ militiæ nondum viderunt. Epistola 43.

Corporis lepram purgare, seu veriùs dicam non purgare, sed purgatam ostendere, Iudæorum solis Sacerdotibus licebat: at verò nostris Sacerdotibus non corporis lepram, sed animæ sordes, non dico purgatas probare, sed purgare prorsus concessum est. Chrysost.lib.3: De Sacerdotio.

Absit vt sinistrè aliquid de ijs loquar, qui Domini Corpus sacro ore conficiunt, per quos & nos Chri-

Christiani sumus: qui claues regni cælorum habentes, quodammodò ante iudicij diem iudicant. Hieron. in epistola ad Heliod.

Nullum ab alijs maius præiudicium quàm à Sacerdotibus tolerat Deus, quando eos, quos ad aliorum correctionem posuit, dare de se prauitatis exempla cernit: quando ipsi peccamus, qui peccata compescere debuimus. Nulla animarum lucra quærimus, ad nostra quotidie studia vacamus: terrena concupiscimus, humanam gloriam intenta mente captamus. Et quia eo ipso quo ceteris prælati sumus, ad agenda quælibet maiorem licentiam habemus, susceptæ benedictionis ministerium vertimus ad ambitionis augmentum. Dei causas relinquimus, ad terrena negotia vacamus: locum sanctitatis accipimus, & terrenis actibus implicamur. Gregor. Homil. 17. in Luc. 10.

Sacerdotalis ordo postquam intus cecidit, foris quoque diu stare non potest. Idem lib. 5. Regist. epistola 7.

Quænam virtus humana, quodque carnei brachij robur contra Christiani culmen imperij irreligiosas præsumeret manus erigere, si studeret concors Sacerdotum mens Redemptorem suum pro Regibus & Principibus, ita vt oportebat, meritis exorare? Aut quis ferocissimæ Gentis gladius in necem fidelium tanta crudelitate grassaretur, nisi nostra vita, qui Sacerdotes nominamur & non sumus, à prauissimis grauaretur operibus? Idem ibidem lib. 4. epistola 76.

Vide etiam suprà, verbo Papa, & Pontifex.

Sacramenta.

Sacramenta Noui testamenti summa cum reuerentia

rentia suscipienda. August. Serm. 76. in nouis.

Sacramentorum effectus diuina potentia operatur, non elementorum natura. Cypr. De vnctione Chrismatis.

Sacramentorum effectus aliquando sine ipso Sacramento percipitur, & contrà. August. quæst. 84. super Leuitic.

Sacramenta Veteris testamenti quare Christus susceperit. August. suprà.

Sacramenta sine bona vita accipientis non prosunt. Monita sacra, Part. 2. Mon. 52.

Sacramentis nihil obest mala vita ea dantis. Ibidem Mon. 50.

De Sacramentis lege Bellarm. in Controuers. & P. Coninex, aliosque Neotericos. Pro concionibus autem cōsule Suffraganeum Moguntinum in Opere suo Catechistico, & Bellarm. lib. 1. De arte benè moriendi, à cap. 10. per aliquot sequent.

Quidquid salutaribus agitur Sacramentis, inquit Augustinus, magis ad spem futurorum, quàm ad adeptionem aut retentionem præsentium pertinet, Enchirid. c. 66.

Sacramenta nouæ legis sunt numero paucissima, factu facillima, intellectu augustissima, obseruatione castissima, & operatione efficacissima, teste eodē.

Vide epistolam eius 128. cap. 1. De vera Relig. c. 17. contra Faustum lib. 19. c. 23. &c.

Si Sacramenta similitudinem non gererent earum rerum quarum Sacramenta sunt, Sacramenta non essent. Idem epistola ad Bonifac.

Vide plura sequenti verbo Sacrificium.

Sacrificium.

In omnibus Sacrificijs Veteris testamenti Christum

ſtum Dominum præfiguratum fuiſſe, Proſper Part.2.Promiſſ.& prædict.c.5. Auguſt. lib.1.contra Aduerſar. leg. & Prophet. c.18. & Fulgent. De fide ad Petrum,c.19.

Omne bonum opus eſt quoddam ſacrificium. Cypr epiſtola 34.ad Luc. & epiſtola 99. item Auguſt. lib.10. De ciuit. cap.6. Vide etiam Heſſel. in Decalog.c.93.

Sacrificium Veteris teſtamenti euacuandum prædicitur. Cypr.epiſtola 83.

Sacrificia Veteris teſtamenti per ſe nihil prodeſſe rant ad abolitionem peccati, ſed ſignificabant aliquid quod prodeſſet. Auguſt.quæſt.57.ſuper Leuit.

In Sacrificio Miſſæ vinum aquæ & aquam vino miſcenda eſſe. Cypr.epiſtola 68.

Sacrificium optimum eſt, ſeipſum Deo hoſtiam offerre. Idem epiſtola 99.

Sacrificio non defrandantur Sacerdotes, qui in carcere propter Chriſtum conſtituti ipſi hoſtiæ Deo fiunt. Ibidem.

Sacrificium Miſſæ valet pro qualibet neceſſitate. Chryſoſt.Hom.77.in Ioannem.

Sacrificium Miſſæ quomodo valeat contra vexationes dæmonum. Auguſt. lib.22. De ciuit.cap.8.

Sacrificium Miſſæ, ſiue à malo ſiue à bono Sacerdote offeratur, eiuſdem eſt virtutis & efficaciæ. Chryſ. Homil.2.in poſteriorem ad Timoth.in fine.

Sacrificij noſtri valor oſtenditur per exempla à D.Gregorio Homil.37. in Euang.& lib.4. Dialog. c.55. & 57. item à Petro Thyræo De locis infeſtis, Part.3.c.76.

Sacrificium Euchariſtiæ ad multa nobis datum. Eius fructus. Leſſius lib.12. De perfect.diuin.c14.

Sacri-

Sacrificij octo genera recenset Chrys. Enarrat. in Psal. 115.

De pulchris visionibus, quas Sancti inter celebrandum habuerunt, varia exempla vide apud Cornelium A lapide in c. 9. Leuit.

De Sacrificio leprosorum in lege veteri eiusque mysterijs vide Granatensem Conc. 2. super Dom. 13. post Pentecost.

De Sacrificio Missæ librum scripsit Iacobus Ianssonius. Vide etiam Bellarm. in Controu.

Quis vmquam sacrificandum censuit, inquit Augustinus, nisi ei quem Deum aut sciuit, aut putauit, aut finxit. Lib. 10. De ciuit. cap. 4

Quis fidelium, inquit idem, aliquando audiuit stantem Sacerdotem ad Altare, etiam super sanctum corpus Martyris ad Dei honorem cultumque constructum, dicere in precibus: Offero tibi Sacrificium Petre, vel Paule, vel Cypriane, cùm apud eorum memoriam offeratur Deo, qui eos & homines & Martyres fecit, & sanctis suis Angelis cælesti honore sociauit? Lib. 8. De ciuit. c. 27.

Vide eumdem lib. 20. contra Faustum c. 21.

Sacrificium pro defunctis offerendum. August. lib. 9 Confess. cap. 11. & 13.

De Sacrificio vide plura suprà, verbo Missa.

Salus, Saluandi.

De Saluandorum paucitate vide Platum lib. 1. De bono Relig. cap. 5. sub finem: item Staplet. in Dom. 19. post Pentec: text. 10. Prompt. mor. Besse serm. 7. De pœnis inferni, post med. postremò Cornelium A lapide in cap. 14. Numer.

Salutis humanæ sacramentum in nulla antiquitate cessauit; nam Verbi incarnatio hæc contulit facienda,

cienda, quæ facta. Leo serm. 3. De Natiuit.

Ex signis probabilibus de futura salute (de qua aliàs incerti) conijcere possumus. Bern. serm. 1. De Septuagesima.

De salute sua nemo absolutè certus. August. lib. De corrept. c. 13. De bono perseuer. c. 8. & 13.

Sancti.

Sanctorum intercessio. Chrysost. Homil. De SS. Iuuentino & Max. Tom. 3.

De Sanctorum præmijs, idem sermonem habet Tom. 3.

Sanctos variè probat Deus. A lap. in c. 42. Gen.

De Sanctis qui apparuerunt Christianis contra infideles bellantibus, ijsque auxilio fuerunt, elenchum vide in Litanijs Sailly.

De Sanctis qui Belgas fidem Christi docuerunt, vide eumdem ibidem.

De Sanctis quorum Reliquiæ in Belgio requiescunt. Ibidem.

De Natalibus Sanctorum Belgij scripsit accuratè Ioannes Molanus.

Quomodo Christiani debeant esse Sancti. A lapide in cap. 20. Leuit.

Sanctus tria seruare debet. Idem ex S. Augustino in cap. vlt. Leuit.

Sancti fiunt Deiformes. Ibidem.

Sancti sunt columnæ. Idem in cap. 9. Num.

Sanctos aliquos cur Deus permiserit grauiter labi, vide pulchrè in Monitis sacris, Part. 1. Mon 65. & apud Feuardent. in cap. 3. Ruth. item Aug. lib. 3. De doct. Christiana, c. 23.

Sanctorum historias dubias & incertas non proponendas populo. Hessel. in Decal.

Sanctos

Sanctos homines hîc affligi, nouum non est. Cypr. De exhortat. Martyr. cap. 11. Vide eumdem ibidem cap. 9. & varias eius rei causas vide apud Chrys. Hom. 1. ad pop. Antioch.

Sancti in Christo mortui, triplici gaudio exultant. Bern. serm. 2. in Festo omnium Sanctorum.

Sancti ante corporum resurrectionem nondum gaudent plena felicitate. Idem serm. 3. in eodem Festo.

Sanctorum virorum non solùm virtutes, sed & casus in sacra Scriptura recensentur, & quare. Greg. in Lectionibus Dom. 1. Septuages.

Sanctorum in Ecclesia communio est. Hessel. in Symb. c. 70.

De Sanctorum communione vide Auctores in Symbolum, super articulo eodem.

Sanctorum defunctorum animæ pro nobis orant. Hessel. in Symb. c. 115.

Propter Sanctorum orationes & merita multa Dominus beneficia præstat, quæ alioquin non præstaret. Idem ibidem c. 116.

Sancti in cælo quomodo rectè à nobis colantur. Monita sacra, Part. 1. Mon. 58. & 59.

Sancti (inquit Ambros.) non fuerunt præstantioris naturæ quàm nos, sed obseruantioris; nec vitia nesciuerunt, sed emendauerunt. Lib. De S. Ioseph.

Sanitas.

Sanitas corporalis communis est bonis & malis. August. Serm. 1. in nouis.

Expertâ morbi molestiâ euidentior fit iucunditas sanitatis. August. lib. 14. De ciuit. cap. 16.

Misit Deus Pater medicum, misit Saluatorem, misit eum qui gratis sanaret. Parum est, qui gratis sanaret;

ſanaret; qui ſanatis etiam mercedem daret. Nihil addi ad iſtam beneuolentiam poteſt. Quis eſt qui dicat, Sanem te, & do tibi mercedem? Optimè fecit: ſciebat enim ſe diuitem veniſſe ad pauperem: & ſanat ægrotos, & ſanatis donat, & non aliud quàm ſeipſum donat. Saluator eſt adiutorium languidi: ipſe Saluator eſt præmium ſanati. Auguſt. Serm. 12. vel 13. De verbis Apoſtoli.

Sanitas à Deo eſt: Idem Serm. 1. in nouis.

Sapientia.

Inſigne exemplum de quodam Philoſopho ſapientiam vendente, vide apud Cantipratenſem lib. 2. cap. 43.

De Sapiente & Sapientia vide Cornelium A lapide in cap. 25. Exodi.

Exempla Sapientiæ vide ibidem.

De Sapientia quæ condimentum eſt obedientiæ & patientiæ, Bernard. ſerm. 2. poſt ſermones in Pſal. 90. Qui habitat, &c.

Sapientia aliquando pro aſtutia ponitur. Auguſt. Serm. 79. in nouis, cap. 12.

O quàm velox eſt ſermo ſapientiæ, inquit D. Leo; & vbi Deus magiſter eſt, quàm citò diſcitur quod docetur! Non eſt ibi adhibenda interpretatio ad audiendum, non conſuetudo ad vſum, non tempus ad ſtudium. Serm. 1. De Pentecoſte.

Sapientia omnis à Deo eſt. Auguſt. lib. 5. Confeſſ. cap. 3.

Sapientia perfecta quæ ſit. Idem De gratia Chriſti, cap. 11.

Sapientia vera pietas eſt. Idem Enchirid. c. 2.

Ad ſapientiam ſeptem gradibus itur. Idem lib. 2. De doct. Chriſt. cap. 7.

De Sapientia plura vide ex Scriptura & Patribus in Viridario Busæi, verbo Sapientia.

Aliquid aliter sapere quàm se res habet, inquit Augustinus, humana imperfectio est; nimis pertinaciter amando sententiam suam, ad hæresis vel schismatis crimen peruenire, diabolica præsumptio est; in nullo aliter sapere quàm se res habet, Angelica perfectio est. August. contra Donatist. De Baptismo, lib. 2. c. 5.

Satan.

Satanæ eiusque operibus abrenuntiandum. Chrysost. Hom. 21. ad pop. Antioch.

Vide de hoc suprà, verbo Abrenuntiare.

Satanæ potestas.

Alligata est satanæ potestas, non ita vt tentare non valeat, inquit Augustinus, sed ne tantum tentet quantum desiderat tentare. Lib. 20. De ciuitate Dei, cap. 8.

Idem August. Serm. 197. De tempore, qui est secundus De Dominica 1. post Trinitatem, Ante aduentum Christi, ait, fratres charissimi, solutus erat diabolus: veniens Christus fecit de eo, quod in Euangelio dictum est: Nemo potest intrare in domum fortis, & vasa eius diripere, nisi priùs alligauerit fortem. Venit ergo Christus, & alligauit diabolum. Sed dicet aliquis, Si alligatus est diabolus, quare adhuc tantum præualet? Verum est, fratres charissimi, quia multùm præualet, sed tepidis & negligentibus, & Deum in veritate non timentibus dominatur. Alligatus est enim tamquam canis innexus catenis, & neminem potest mordere, nisi eum qui se illi mortifera securitate coniunxerit. Iam videte, fratres, quàm stultus sit homo ille, quem canis in

in catena positus mordet. Tu te illi per voluptates & cupiditates sæculi noli coniungere, & ille ad te non præsumet accedere. Latrare potest, sollicitare potest, mordere omnino non potest nisi volentem. Non enim cogendo, sed suadendo nocet: nec extorquet à nobis consensum, sed petit. Vide plura suprà, verbo Diabolus, & verbo Dæmon.

Satietas.

Quomodo solus Deus satiet, vide Cornelium A lapide in cap. 17. Genes. & Monita Mariana, Mon. 19.

Satisfactio.

Satisfactio pro magnitudine peccatorum imponenda & complenda. Cypr. De lapsis, in med. & in fine.

Satisfactio olim ante absolutionem à peccatis perficienda erat. Idem in med.

De Satisfactione librum scripsit Belliolanus.

Vide etiam Bellarm. in Controuers. & Auctores qui de Sacramentis scribunt.

Vide etiam copiosè ex Scriptura & Patribus in Viridario, verbo Satisfactio.

Nihil est efficacius ad exorandum Deum (inquit D. Leo) quàm vt homo ipse se iudicet, & numquam desinat à venia postulanda, qui scit se numquam esse sine culpa. Serm. 5. De ieiun. septimi mensis.

Et D. Gregorius, Iustum est, inquit, vt peccator per tantò maiora sibi inferat lamenta pœnitentiam, quantò maiora sibi intulit damna per culpam. In Moralibus.

Non sufficit commutare mores in melius, & à malis factis recedere, nisi etiam de his quæ malè fa-

cta sunt, Deo satisfiat per dolorem pœnitentiæ, per humilitatis gemitum,&c. August. Serm. De pœnitentia.

Et alibi: Ad naturalem, inquit, iustitiæ ordinem pertinet, vt aut peccata non fiant, aut impunita esse non valeant. Quodlibet horum sit, naturalis ordo seruatur, si non ab anima, certè à Deo. Lib. 26. contra Faust. c. 3.

Scala.

De scala Iacob vide pulchrè Cornelium A lapide in cap. 28. Genes. & Monita Mariana, Mon. 14.

Scandalum.

Scandalum quid sit. Vide Hessel. in Decalog. cap. 131.

Scandalum fratri non ponendum. Chrysost. serm. de hac materia, Tom. 5.

De Scandalo vide etiam monita Mariana, Mon. 14. & 16.

An propter scandalum aliquod omittenda sit fraterna correptio. Suarez in 3. Part. Tomo 2. quæst. 42. disputat. 30. sect. 2.

Melius est scandalum nasci quàm veritatem relinqui, inquit Gregorius Homilia 7. in Ezech. Nimirum, quando necesse est ad salutem veritatem prædicari.

Tria dicebat S. Bernard. se in Religione maximè seruasse. Primum, quòd minùs sensui suo, quàm alterius credidisset. Secundum, Quòd læsus de lædente vindictam non expetiuisset. Tertium, Quòd nemini scandalum facere voluerit: & si quando incidisset, sedauerit, vt poterat. In Vita eius.

Scientia.

De Scientia lege Bern. serm. 36. & 37. in Cantica.

Ibi

Ibi inter cetera dicit pulchrè hunc in modum: Sunt qui ſcire volunt eo fine tantùm vt ſciant, & turpis curioſitas eſt. Sunt qui ſcire volunt, vt ſciantur ipſi, & turpis vanitas eſt. Sunt iterùm qui ſcire volunt, vt ſcientiam ſuam vendant, & turpis quæſtus eſt. Sunt qui ſcire volunt vt ædificent, & charitas eſt. Sunt qui ſcire volunt vt ædificentur, & prudentia eſt.

Vtile eſt, inquit Iſidorus, multa ſcire, & rectè viuere. Quòd ſi vtrumque non valemus, melius eſt vt benè viuendi, quàm multa ſciendi ſtudium ſequamur. Lib. 2. De ſummo bono, cap. 1.

Scientiam boni, imò ipſius Dei homo peccando perdidit. Heſſel. in Decal. c. 11. 12. & ſequent.

Scientia Dei tempore non tenetur, ſed præterita ac futura complectitur. Proſper lib. 2. De vocat. Gent. cap. 34.

Scientia homines à brutis diſtinguit. Chryſoſt. Homil. 1. De incomprehenſ. Dei natura, Tom. 5.

Scientia ac peritia artis mechanicæ à Deo datur. Auguſt. quæſt. 138. & 170. ſuper Exod.

Scientia qualis à vulgaribus hominibus exigenda. Hoſius lib. 2. De legitimis Iudicibus rerum Eccleſiæ.

Scientia ſalutis homini neceſſaria. Monita ſacra, Part. 2. Mon. 31. & 109.

Scientia herbarum, lapidum, & ſimilium non eſt ſuperſtitioſa. Auguſtin. lib. 2. De doct. Chriſt. c. 2.

Scientia abſque virtute. Vide Staplet. Dominic. 17. poſt Pentec. t. 1.

Vide plura ſuprà, verbo Doctrina.

Schola.

De Scholarum & librorum qui in ſcholis diſcuntur

ſcuntur viſitatione, vide Molanum lib. 2. De Canonic. cap 10.

Chriſtiani parentes, inquit Auguſtinus, cùm ad ſcholam filios ſuos mittunt, dicunt illis, Diſcite bonas litteras. Quare? Vt ſis homo, Vt ſis eminēs inter homines. At nemo illis dicit, Vt habeatis vnde legere poſſitis codices Dominicos. Sed rem perituram, vt cum illa periremus, tanto labore didicimus. De diſciplina Chriſtiana, cap. 2.

Scriptura.

De lectione ſacræ Scripturæ vide F. Coſterum Part. 1. Conc. ſuarum, in Præfatione.

De vtilitate ſacræ Scripturæ vide Bellarmin. Conc. 1. ſuper Dom. 2. Aduent. & Gregor. lib. 12. Mor. cap. 1.

Ad ſtudium diuinæ Scripturæ exhortatio, apud Hieronymum, Tom. 2. & Tom. 3.

Scriptura ſacra non eſſe abutendum ad iocos. Heſſel. in Decal. c. 90.

Scripturæ quare poſt tam multos annos demum editæ. Chryſ. Homil. 9. ad pop. Ant.

Scriptura eſt veluti hortus quidam amœnus. Chryſ Homil. 1 ad pop. Ant.

Scripturam ſacram quare in quibuſdam locis obſcuram eſſe voluerit Spiritus ſanctus. Leo epiſtola 63. Auguſt. lib 2. De doct. Chriſt. c. 6.

Scriptura omnibus communis. Auguſtin. Tract. 82. c. 8. in nouis.

Scripturæ nulla diſcordia. Idem Serm. [illegible] in nouis.

Scriptura ſola non ſufficit omnibus controuerſijs dirimendis. Heſſel. in Symbol. cap. 65. & 69.

Scriptura diuina remedium pro omnibus animæ morbis

morbis suppeditat. Cyprian. De dupl. martyrio, in fine.

Scripturæ sacræ vtilitas. Chrysost. Hom. 2. in Matthæum, ante finem.

An Scripturæ sacræ sint plures sensus litterales. Estius Orat. 19.

Scriptura sacra, inquit D. Gregorius, omnes scientias ipso locutionis more transcendit, quia vno eodemque sermone dum narrat gestum, prodit mysterium. Lib. 20. Moral. cap. 1.

Solis Scripturarum libris, qui Canonici appellantur, hunc honorem deferre didici, vt nullum Auctorem eorum in scribendo errasse aliquid, firmissimè credam: alios autem ita lego, vt quantalibet sanctitate doctrinaque præpolleant, non ideò verum putem quòd ipsi ita senserint vel scripserint. Augustinus epistola 19. ad Hieronym.

Mira profunditas eloquiorum tuorum, Domine, quorum ecce ante nos superficies blandiens paruulis: sed mira profunditas, Deus meus, mira profunditas: horror est intendere in eam: horror honoris, & tremor amoris. Odi hostes eius vehementer. O si occidas eos de gladio bis acuto, & non sint hostes eius! Sic enim amo eos occidi sibi, vt viuant tibi. Idem lib. 12. Confess. c. 14. Vide etiam lib. 3 c. 5.

Quo spiritu Scripturæ factæ sunt, eo spiritu legi desiderant, ipso e iam intelligendæ sunt. Numquam ingredieris in sensum Pauli, donec vsu bonæ intentionis in lectione eius & studio assiduæ meditationis spiritum eius imbiberis. Numquam intelliges Dauid, donec ipsa experientia ipsos Psalmorum affectus induaris, &c. Bernard. De vita solitaria, epistola ad Fratres de Monte Dei.

Semitam Scripturarum sanctarum, sine præuiō & monstrante ingredi non possumus. Hieron. in epistola ad Paulinum.

Timor meus refugiebat modum eius, (Scripturam intelligit,) & acies mea penetrabat interiora eius: nam illa erat quæ cresceret cum paruulis; sed ego indignabar esse paruulus, & fastu turgidus mihi grandis videbar. August. lib. 3. Confess. cap. 5.

Tanta est Christianarum profunditas litterarum, vt in eis quotidie proficerem, si eas solas ab ineunte pueritia vsque ad decrepitam senectutem, maximo otio, summo studio, meliore ingenio conarer addiscere. Idem epistola 3.

Scripturarum à nobis tenetur veritas, cùm hoc facimus quod vniuersæ iam placuit Ecclesiæ, quam ipsa Scripturarum commendat auctoritas; vt quoniam sancta Scriptura fallere non potest, quisquis falli metuit huius obscuritate quæstionis, eamdem Ecclesiam de illa consulat, quam sine vlla ambiguitate sancta Scriptura demonstrat. Idem lib. 1. contra Cresc. c. 23.

Non omnia quæ gesta narrantur (in Scriptura) aliquid etiam significare putanda sunt: sed propter illa quæ aliquid significant, etiam ea quæ nihil significant attexuntur. Solo enim vomere terra proscinditur, sed vt hoc fieri possit, etiam cetera aratri membra sunt necessaria. Et soli nerui in citharis atque huiusmodi vasis musicis aptantur ad cantum, sed vt aptari possint, insunt & cetera in compaginibus organorum, quæ non percutiuntur à canentibus, sed ea quæ percussa resonant, his connectuntur. Ita in Prophetica historia dicuntur & aliqua quæ nihil significant, sed quibus adhæreant quæ significant,

& quo-

& quomodo religentur. Idem lib. 16. De ciuit. cap. 2.

Sancta Scriptura non superbos & temerarios accusatores, sed diligentes & pios lectores desiderat. Omnia enim quæ leguntur in Scripturis sacris, ad instructionem & salutem nostram intentè oportet audire. Maximè tamen memoriæ commendanda sunt quæ aduersus hæreticos valent plurimùm. Idem Tract. 2. in Epistolam Ioannis.

In ipsis sanctis Scripturis multò plura nescio, quàm scio. Idem epistola 119. cap. 21.

Dicuntur libri Canonici, quia sunt quasi norma & regula, qua imperitiæ nostræ regatur infirmitas, & ex qua de omnibus aliis libris iudicetur. Idem lib. 11. contra Faust. cap. 5. & lib. 2. contra Cresc. cap. 32.

Fateor me in Diuinis voluminibus numquam propriis credidisse viribus, nec habuisse opinionem meam, sed ea etiam de quibus nescire arbitrabar, interrogare me solitum. Hieron. lib. 1. epistola 13.

In Sacris litteris non est vel syllaba vel apiculus, in cuius profundo non sit grandis quispiam thesaurus. Chrysost. Hom. 21. in Genes.

D. Bernardus, Ego, inquit, iam olim, vt verum fatear, mihi persuasi in sacri pretiosiq; Eloquij textu nec modicam vacare particulam. Spiritus enim sapientiæ loquitur, cui non est fas vel modicum quid adscribere otiosum, aut secùs dictum quàm oportuerit. Serm. 40. super Cant.

Si vel vnum mendacium in Scriptura sacra recipiatur, infirmabitur tota eius auctoritas. August. in epistola ad Hieron.

Plurimum nobis curandum est, & omni studio inuigilandum, vt sacrarum Scripturarum profundum inspicere possimus, quarum sensus oscitantes numquam deprehendemus. Chrysost. Hom. 20. in cap. 1. Ioannis.

Verba Scripturæ propriè intelligenda sunt, & non per tropum, nisi vbi vel euidens necessitas, vel Ecclesiæ auctoritas aliud doceat. August. lib. 3. De doct. Christ.

Consentaneum fuit Scripturis vti metaphoris, & aliis figuris. Primò, Vt se accommodarent nostro modo intelligendi: quia diuinus radius non sine visibilibus velamentis obtectus lucere potest, vt Dionys. cap. 2. Cælestis Hierarchiæ, & Chrysost. Hom. 38. in Mat. testantur. Secundò, Vt diuina mysteria infidelibus tegantur, iuxta illud: Vt videntes non videant, & audientes non intelligant. Dionys. cap. 1. Cælestis Hierarch. Tertiò, Vt exerceatur pium fidelium studium. Augustinus 11. De ciuit. cap. 19. & 2. De doct. Christ. cap. 6. Quartò, Vt excitemur ad petendam intelligentiam Scripturæ à Deo, iuxta illud: Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam, Psalm. 118. Vide etiam Isai. 18. Quintò, Vt ex his metaphoris possint elici multi pij sensus, ad ædificationem Ecclesiæ. Augustinus lib. contra mendac. cap. 10. Sextò, Ne ab omnibus intellectæ vilescant. Hieronym. ad Eustoch. De custod. virginit.

Scriptura sacra sit tibi tamquam speculum quod habet splendorem, non mendacem, non adulantem, nullius personam amantem. Formosus es, formosum te ibi vides: fœdus es, fœdum te ibi vides. Sed cùm fœdus accesseris, & fœdum te ibi videris, noli

noli accusare speculum: ad te redi, non te fallit speculum. Iudica te, contristare de tua fœditate, vt cùm abieris & discesseris fœdus, tristis, correctus possis redire formosus. Augustinus Sermone 36. in nouis.

Scripturæ sacræ encomia vide copiosè apud Cornelium A lapide in Prologo Pentateuchi.

Vtrùm Scriptura sacra sit apud hæreticos, vide Estium Orat. Theol. 18.

Securitas.

Securi hîc de iustitia non sumus. August. Sermone 79. cap. 12. in nouis, & Hess. in Symb. cap. 84.

Securitas mala. Hessel. in Decalog. cap. 49.

Vide suprà, verbo Perseuerantia.

Senectus.

Senectutis integræ laus. Hieron. epist. ad Nepotianum, De vita cleric. & sacerd. Tomo 1.

Senes honorandi, & ob quas causas. A lapide in cap. 19. Leuit.

Senes multi obierunt valdè vegeti, & in miro vigore. Idem in cap. 32. Deuter.

Sensus exteriores.

De quinque sensibus exterioribus vide Ioannem Dauidis in Veridico Christiano, cap. 43.

De quinque sensibus tamquam quinque latrunculis capiendis & suspendendis, vide Bellarm. in lib. suarum Concionum, super Dom. Quinquagesimæ.

De custodia quinque sensuum exteriorum, vide eumdem lib. 1. De arte benè moriendi, cap. 16.

Vide etiam D. Gregorium lib. 21. Moral. in Iob, cap. 2. vbi potissimùm agit de custodia oculorum.

Sepul-

Sepulchra.

Sepulchra quid nos doceant, Chrysost. pulchrè serm. De fide, & lege nat. & S. Spiritu, Tomo 3.

Sepulchra Apostolorum & Martyrum multò esse illustriora sepulchris Imperatorum, vide eumdem Homil. 66. ad pop. Antioch.

De sepulchris Iudæorum & Christianorum. A lapide in cap. 19. Numer.

De sepulturis antiquorum copiosè differit Feuardent. in cap. 1. Ruth.

Quibus deneganda sit Ecclesiastica sepultura. Idem ibidem.

Sepelire mortuos, opus est misericordiæ. Vide Hessel. in Decalog. cap. 115.

Sepulchrorum sollicita cura in Patriarchis. Idem ibidem. Lege etiam lib. August. De cura pro mortuis agenda.

De Sepultura piorum vide Staplet. in Dom. 15. post Pentecost. text. 4.

Circa sepeliendos cærimoniæ. August. lib. 9. Confess. cap. 12.

Vide plura in Viridario, verbo Sepultura.

Septuagesima.

Septuagesima significat præsens tempus captiuitatis nostræ. Bernardus sermone 1. in Septuagesima.

De Septuagesima vide pulchrè Henricum Meurier serm. 18. De mysteriis Missæ.

Serpens.

De Serpentis astutia, vide Chrysost. Homil. 34. in cap. 10. Matth.

Diabolus est serpens, & cur. A lapide in cap. 7. Exod.

De

De serpente dracone. Augustinus in nouis Sermon.

De serpente diabolo, vide etiam Bellar.Conc.16. super Psalm.90.

De serpente æneo, vide pulchrè Corn. A lapide in cap. 21. Numer.

Serui, Seruire, Seruitus.

Seruorum erga dominos officium, & contrà. Hessel.in Decalog. cap. 138. & Feuardent.in cap.2. Ruth.

Serui, obedientiæ exemplum habent in Ioseph. Chrysost. Homil. 4. in Epistolam ad Tit. & Homil. 16. in 1. ad Timoth.

Seruos esse benignè tractandos, A lapide in cap.25. Leuitici.

Seruorum mos est,ait Chrysost.quando non permittitur eis more suo vti, vel quando conatus eorum impediuntur,statim dominorum ruptis frænis fugam capessere.

De seruis & dominis, eorumque officio erga se, vide, si placet, in variis Strenis nostris particularibus, quæ datæ sunt seruis & ancillis.

Seruum esse Dei,titulus est nobilissimus. A lapide in cap. 32. Deut.

Quibus titulis & quàm multiplici vinculo teneamur Deo seruire, eique nos totos dare ac subdere, pulchrè vide apud Platum lib. 1. De bono Relig. cap. 3. & apud Lessium lib. De Religione. Item apud eumdem fusè lib. 12. De perfect. diuinis, cap. 19.

De seruitute & libertate. Vide Cornelium A lapide in cap. 1. Exod. & in cap. 5. Exod.

Seruire vitiis & peccatis. Idem in cap. 24.Exod.

De

De quintuplici seruitute vide Bellarminum lib. 1. De Principe Christ. cap. 3.

Seruiendum Deo gratis. Augustinus Serm. 45. in nouis.

Signa.

De signis extremi Iudicij, vide Lessium lib. 13. De perfect. diuin. cap. 22. vide etiam quædam cap. 21.

Vitæ vera æstimatio, inquit D. Gregorius, in virtute est operum, non in ostensione signorum. Lib. 1. Dialog. cap. 12.

Vide plura suprà, verbo Iudicium.

Silentium.

De Silentio & Religione in sacris, vide Cornelium A lapide in cap. 1. Leuitic.

Simplicitas.

Simplicitatis pulchra elogia vide apud Cornelium A lapide in cap. 19. Leuit.

Vide plura in Viridario, verbo Simplicitas.

Simonia.

De Simonia tractat Lessius Lib. 2. cap. 35. De Iure & iustit.

Vide de eodem vitio copiosè ex Scriptura & Patribus in Panario Busæi, verbo Simonia.

Sina.

Octo mirabilia facta sunt in monte Sina, de quibus vide Cornelium A lapide in cap. 3. Exod.

Sitis.

De siti peccatorum vide Osorium in Dom. 16. post Pentecost.

De siti Christi vide Bellarm. in lib. De septem verbis, super verbo Sitio, & Osorium De iisdem septem verbis, super eodem verbo Sitio.

Sobrie-

Sobrietas.

Sit victus facilis, vestitusque vilis, cùm hæc tegendi corporis gratia reperta sint, non ornandi; & illa sustinendæ potiùs animæ quàm obruendæ. Athanas. in Exhort. ad Monial.

Vide suprà, verbo Abstinentia.

Solitudo.

De solitaria vita vide Platum lib. 1. De bono Relig. cap. 39. & Hieron. Tom. 1. item A lapide in cap. 24. Genes. & in cap. 3. Exod.

Ita habeto sollicitudinem domus, inquit Hieronymus, vt aliquam tamen vacationem animæ tribuas. Eligatur tibi opportunus & aliquantùm à familiæ strepitu remotus locus, in quem velut in portum, quasi ex multa tempestate curarum te recipias, & excitatos foris cogitationum fluctus, secreti tranquillitate componas. Lib. 2. epistola 22.

Somnium, Somnus.

De triplici somno vide pulchrè D. Gregorium lib. 5. Moral. cap. 21.

Ante somnum præmittendum examen conscientiæ. A lapide in cap. 6. Deuteron.

De Somniis vide eumdem in cap. 40. Genes. & in cap. 19. Leuit.

Somniorum varia genera. Gregor. lib. 8. Moral. cap. 18.

Somnium matris Augustini de ipso Augustino filio suo. Augustinus libro 3. Confessionum, capite 11.

Somniorum ludibria circa carnales concupiscentias. Idem ibidem lib. 10. cap. 30.

Spectacula.

De Spectaculis fugiendis vide Chrysost. Homil. cui

cui titulus, Periculosum esse, adire spectacula, Tomo 1.

Spectacula publica idolis exhiberi solita, homini Christiano vitanda. Cyprianus epistola 103. & Chrysost. Homil. 1. in Psalm. 50.

Vide plura in Panario, verbo Spectacula.

Spes.

De Spe in Deum eiusque inuocatione in arduis, vide Cornelium A lapide in cap. 14. Exod.

De Spei humanæ vanitate, & diuinæ certitudine, vide eumdem in cap. 5. Rom.

De Spei viribus vide eumdem in cap. 4. Rom.

Sperare sibi salutem quilibet tenetur. Hesselius in Symb. cap. 87.

Spes timore maior esse debet vt quis iustificetur. Idem ibidem cap. 88.

Ibi spes est metendi, inquit D. Leo, vbi diligentia fuerit seminandi. Serm. 4. De ieiun. septimi mensis.

De Spe vide Belliolanum, lib. De fide, spe, & charitate.

Vide plura in Viridario, verbo Spes, & Fiducia. & suprà, verbo Fiducia in Deum.

Spiritus sanctus.

De Spiritu sancto vide Bellarmin. lib. 1. De Christo, cap. 13. Vide ibidem pulchrum miraculum de Spiritu sancto.

De Spiritu sancto habet etiam tres Homilias Chrysost. Tom. 3.

Spiritum sanctum columnæ nubis & igneæ pulchrè comparat Cornelius A lapide in cap. 9. Num. & Exodi 13.

Spiritum sanctum ob septemdecim rationes igni com-

comparatum vide apud eumdem in cap. 9. Leuit.

Spiritus ſanctus frequenter in igne apparuit. Cypr.lib.3.ad Quirin.cap.101.

Spiritus ſanctus in ſpecie columbæ apparuit, quò charitatis largitor ſignificaretur. Auguſtinus Tractat. 7. in Canon. Ioannis, in fine.

Spiritus ſancti gratia aliquando per ignem, aliquando per aquam ſignificatur. Auguſt. quæſt. 36. ſuper Iudicum.

Spiritum ſanctum qui olim in primitiua Eccleſia acceperant, omnium linguis loquebantur, & quare. Idem Serm. 85. in nouis.

Spiritus ſanctus quare peculiariter dicatur tertia in Trinitate perſona. Bern. ſerm. 3. de Pentecoſt. & Heſſelius in Symb. cap. 50.

Spiritus ſanctus tria in homine operatur ad declinandum à malo, & tria ad faciendum bonum. Monet nempe memoriam, docet rationem, & mouet voluntatem. Bernard. ſerm. 1. de Pentecoſte.

Spiritus ſanctus intus hominem exornat & Deificum facit. Chryſoſt. ſerm. 2. de Pentecoſt. ante finem.

Spiritus nomine vocantur etiam ipſa dona quæ largitur Spiritus ſanctus. Idem Serm. 5. de Pentecoſte.

Spiritus ſanctus mitti dicitur ratione donorum. Idem ſerm. De Spiritu ſancto.

Spiritus ſanctus tertia in Trinitate perſona Patri conſubſtantialis eſſe oſtenditur. Idem ſerm. De Trinit. Tom. 3.

Errorem Petri Abelardi circa Spiritum ſanctum, refellit Bernard. epiſtola 190.

De Spiritu ſancto plura vide apud Auctores Catechi-

techisticos in Symb super articulo, Credo in Spiritum sanctum,& Homiliarios superDom.Pentec.

Sponsa, Sponsus.

Sponsi olim Sponsas dato præmio coëmebant. A lapide in cap. 4. Exodi.

Institutum est, inquit Augustinus, vt iam pactæ sponsæ non tradantur statim,ne vilem habeat maritus datam,quam non suspirauerit sponsus dilatam. Lib.8.Confess. cap.3.

Vide suprà, verbo Connubium, & verbo Matrimonium.

Stella.

Christus Stella vocatur matutina,& quare. Vide Cornelium A lapide in cap. 24. Numer.

Stella quæ Magis apparuit, signum Deitatis in Christo puero fuit. Fulgent. serm. 5. De Epiph.

Vide etiam Leonem serm. 3. & 5. De Epiphan.

Studium.

De Studio virtutis vide Cornelium A lapide in cap. 27. Exodi.

Superbia.

Exempla superbiæ vide apud Cornelium A lapide in cap.9. Exod.

De Superbia vide pulchrè Osorium super Dom. 10. post Pentecost. Conc. 2. ab initio.

De Superbia,& simul de humilitate, vide Cornelium A lapide in cap. 13. Leuit.

Superbia primum hominis peccatum. Prosper lib.2. De vita contempl.cap.19.

Superbia initium omnis peccati. Idem lib. 3. De vita contempl. cap. 3. & 4. & D. Thom. 1.2. quæst. 84. articulo 2.

Superbia quibus signis manifestetur. Prosper libro

libro 3. De vita contemplatiua, capite 8.

Superbia mater est omnium hæreseon. August. Serm. 79. in nouis.

A Superbia dehortatio. Chrysost. serm. quodam Tom. 5. & De incomprehens. Dei natura.

Superbiæ quatuor species, & quasi filiæ. Gregor. lib. 22. Moral. cap. 7.

Contra superbiam remedium est, mortis & propriæ fragilitatis consideratio. Dionys. Carthus. De quatuor nouiss. artic. 9.

Superbia maximè iusto cauenda. Chrysost. Homil. 4. de verbis Isaiæ, Vidi Dominum, &c. Tom. 1.

Superbis vtile est cadere in apertum aliquod manifestumque peccatum. Hesselius in Decalog. cap. 8.

Cetera vitia, inquit Augustinus, tantùm in malefactis valent; sola autem superbia etiam in rectè factis cauenda est. Lib. De natura & gratia, cap. 27.

Vitiorum omnium humanorum causa est superbia, inquit idem Augustinus lib. 2. De peccat. merit. cap. 17.

Si vix toleratur diues superbus, pauperem superbum quis ferat? Idem Serm. 32. in nouis.

Audeo dicere, superbis esse vtile cadere in aliquod peccatum apertum manifestumque, vnde sibi displiceant qui iam sibi placendo ceciderunt. Salubriùs enim sibi Petrus displicuit quādo fleuit, quā sibi placuit quando præsumpsit. Hoc dicit & Psalmista: Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine. Idē lib. 14. De ciu. Dei c. 13.

Malum superbiæ maximè virtutibus est cauendum, quia nullis opportuniùs insidiatur, quàm qui-

quibus laus iusta debetur. Prosper ad Demetriad.
Vide plura in Panario Busæi, verbo Superbia.

Superior.

Omnes homines naturâ æquales sumus: sed accidit dispensatorio ordine, vt quibusdam prælati videamur, ait Gregorius lib. 21. Moral. cap. 11.

Vide plura suprà, verbo Præfecti, & verbo Rector.

Superstitio.

De Superstitione, Chrysostomus Homil. 9. ad pop. Antioch.

De Superstitione eiusq; speciebus tractat P. Lessius lib. 2. De Iure & iustit. cap. 43. & sequent.

Vide de hoc vitio etiam Hessel. in Decalog. à cap. 54. vsque ad cap. 60. item August. lib. 2. De doctr. Christ. cap. 20. 21. & 22. Binsfeldium in Confess. malefic. postremò Panarium Busæi, verbo Superstitio.

Supplicium.

Sicut qui paulatim arcum intendit, tempus dat alteri vt fugiat: qui si fugere nolit, tantò fortiùs sagittâ emissâ configitur, quantò maiori tempore arcus intensio fuit facta: ita Deus qui laneos habet pedes, sed ferreas manus, tarditatem supplicij grauitate compensat. Hieron. in cap. 2. Epistolæ Rom.

Symbolum.

In Symbolum Apostolorum expositionem habet Chrysost. Tom. 5. & aliam ibidem.

Vide Hesselium, Baium, Catechismum Concil. Trident. Suffraganeum Moguntinum, & alios.

T.

Tabernaculum.

VETERIS Tabernaculi descriptionem & breuem synopsin vide apud Cornelium A lapide in cap. 26. Exodi.

De Tabernaculo testimonij vide August. q. 137. super Exod.

Talentum.

Talentum quomodo quisque suum expendere debeat, vide pulchrè D. Gregorium Homil. 9. in Euangel. Verba D. Gregorij habentur suprà, verbo Iudicium.

Tenebræ.

In Tenebris Aegyptiacis octo horribilia. Vide Cornelium A lapide in cap. 10. Exodi, & Lessium lib. 13. De perfect. diuin. cap. 8.

Tenebræ infernales metuendæ. Ibidem.

De tenebris infernalibus vide etiam Bellarminum lib. 2. De arte benè moriendi, cap. 3. & lib. 2. De gemitu columbæ, item in Concione De gehenna.

Templum.

De Templis, eorumque structura & dedicatione, vide P. Ioannem Dauid in Apiario suo, Parte 2. à cap. 11. vsque ad cap. 13. inclusiuè. Costerum super Dom. 9. post Pentecost. § 14. & 15. Bellarm. lib. 3. De cultu Sanctorum, à cap. 1. vsque ad 7. & Matthiam Lamberti in Legendis Sanctorum, circa finem Octobris.

Cur templa erigantur, vide quinque rationes apud Costerum suprà.

Quis respectus quæve reuerentia templis exhibenda, vide apud Petrum Ribadineiram lib. 1. De Principe Christiano, cap. 36. & A lapide in cap. 25. Exod. & Stapletonum Domin. 9. post Pentecost. text. 5. & 6.

De iis qui bona vsurpant templorum, vide eumdem ibidem cap. 37.

Templa vasaque sacrata propter Sacerdotum peccata violari ac profanari Deus permittit. Prosper Parte 2. Promiss. & prædict. cap. 24.

Templi vasa & vestimenta honesta & decora esse oportet. Hessel. in Decalog. cap. 90.

In templo non ambulandum, aut profana tractanda. Beda in initio Homil. Quadrages. & Hesselius suprà.

Templi dedicatio. August. Serm. 87. in nouis, & sequent. & Hesselius suprà cap. 101.

Vide plura apud Beyerlincx & Neotericos, in Concionibus super Festo dedicat. Ecclesiæ.

De templo spirituali, vide August. lib. 1. De nupt. cap. 18. & lib. 6. contra Iulian. cap. 5.

De partibus templi spiritualis vide pulchrè Monita sacra, Part. 1. Mon. 107.

Tempus, Temporalia.

De temporis nostri breuitate, vide Cornelium A lapide in cap. 6. Exod.

Quomodo temporis sit habenda ratio, vide, si placet, Strenam nostram quintam in genere.

Tempus inter Pascha & Pentecosten significat tempus quietis & regni. Augustinus Serm. 74. in nouis.

Tempus nunc est acceptabile, in quo quisque per bona opera potest sibi promereri & inuenire

re Deum. Bernardus sermone 75. in Cantica.

Tempore reuelatæ gratiæ promissiones plerumque spirituales fecit Deus, rariùs temporales. Hessel.in Decalog. cap 37.

Tempus & æuum quomodo differant. August. lib. 83. QQ. quæst. 72.

Tempus medetur dolori. Idem lib.4. Confess. cap. 8.

Tempus quomodo possit dici longum. Idem lib 11. Confess.cap.15.

Vide plura de tempore ibidem cap. 13. 14. 23.38.&c.

Tempora æterna quæ sint. Idem lib.12. De ciuitate,cap.47..

Tempus persecutionis nouissimæ ab Antichristo futuræ ignotum & occultum. Idem lib.18. De ciuitate,cap.53.

Tempus extremi Iudicij cur dies Domini dicatur. Idem lib.20. De ciuit. cap.1.

De temporis occasione arrepta & neglecta, librum scripsit P. Ioannes Dauid,quem lege.

De temporalium rerum inordinato amore vide Stapleton. in Prompt. mor. Dom. 14. post Pentecostē, text.3.4. & 6. & Dom.19. post Pentec.tex.5. & Dom. Sexagesimæ,text.6. & Dom. 2. Quadragesimæ, tex. 3. & Dom. 4. post Pascha, text. 2.

Tentatio, Tentator.

Tentantur à Deo homines vt probentur. Cypr. lib.3.ad Quirin. cap. 6. & 16.

Tentationes quomodo sint vincendæ. August. Serm.60.& 76. in nouis.

Tentare quomodo Deo tribuatur, & quomodo ab eo remoueatur. Idem Tract. 43. in Ioannem.

Tentationes & insidiæ quomodo vbique metuendæ & cogitandæ. Chrysostomus Homil. 15. ad pop. Antioch.

Tentationes ne quidem paruæ sine Dei gratia vinci possunt. Hessel. in Orationem Dominicam cap. 33.

Tentationibus & mutabilitati homo obnoxius est, quamdiu hîc viuit. Idem ibidem cap. 37.

Tentat nos Deus tribus modis. Vide Cornelium A lapide ex D. Gregorio in cap. 13. Deut.

Vtiles esse tentationes moderatas. Chrysost. Homil. 62. ad pop.

De tentationibus diaboli, quibus tentat ægrotos & agonizantes, & quomodo iis resistendum. Vide Bellarm. lib. 2. De arte benè moriendi, cap. 9. 10. 11. 12. & 13. item Henricum Kyspenningium lib. 4. De meditat. mortis. & in Appendice ad lib. 7.

De Tentatione scripsit duas Homilias Eckius super Dom. 1. Quadragesimæ.

Tolerare iubet Deus tentationes, non amare, inquit August. lib. 10. Confess. cap. 28.

Non erat indignum Redemptori nostro, ait Gregorius, quòd voluerit tentari, qui in mundum venerat occidi. Iustum quippe erat vt sic tentationes nostras suis tentationibus vinceret, sicut mortem nostram sua morte superare venerat. Homil. 16. in Euang.

Humana tentatio est, inquit idem (allegans illa verba Pauli, Tentatio vos non apprehendat nisi humana) qua plerumque in cogitatione tangimur etiam nolentes: quia vt nonnumquam etiam illicita ad animum veniant, hoc vtique ex nobis, ex humanitatis corruptibilis pondere habemus.

Dæmo-

Dæmoniaca verò tentatio est non humana, cùm ad hoc quod carnis corruptibilitas suggerit, per consensum se animus obstringit. Ibidem.

De Tentationibus oculorum. August. lib. 10. Confess. cap. 34.

Tentationibus non cedendum. Staplet. Dom. Quinquages. text. 3. & 4.

Tentationes non quærendæ, licet sint necessariæ. Idem Dom. 1. Quadragesimæ, text. 1.

Tentare Deum quid sit. Hessel. in Decal. c. 89. & Bellarm. Conc. in Rogationibus, De modo orandi.

Tentantes Deum quam pœnam mereantur. Hessel. suprà, cap. 91.

De Tentatione vide plura in Panario Busæi, verbo Tentatio.

Terra.

Terra sancta dicitur Iudæa ob quinque causas. A lapide in cap. 15. Exodi.

Terra peccatores deuorat. Idem ibidem.

De Terra promissionis. Bellarm. in Dom. Quinquages.

Terræmotus ante Iudicium. Idem Conc. De extremo Iudicio, ante Part. 2.

Quàm mihi sordet terra, dum cælũ aspicio, dicebat B. Ignatius, prout habetur in Vita eius lib. 1. c. 2.

Testamentum.

Testamentum Dei est testamentum pacis. Aug. Sermone 82. in nouis, c 13.

Testamenti veteris signum, & Testamenti noui signum. Idem ibidem Serm. 50.

Testamentum nouum in veteri velabatur. Idem ibidem.

De analogia veteris & noui Testamenti pulchrè scripsit Martinus Becanus.

Testamenti veteris & noui doctrina eadem. Augustinus Serm.43.in nouis.

Testamenti noui significatio. Idem quæst.30. super Iosue.

Testamentum vetus cessaturum prædicitur, & nouum promittitur. Cyprian. lib.1. ad Quirin. c.9.10.& 11.

De testamento & legatis tractat Lessius lib.2. De Iure & iustit. cap.19.

De testamento ante mortem condendo, vide Bellarm.lib.2.De arte benè moriendi,cap.5.

Testimonium.

De falso testimonio vide Augustinum Serm.63. in nouis.

De teste falsidico, & falso testimonio lege quoque Cornelium A lapide in cap.23.Leuitic. & Hessel.in Decal.cap.212.

Quomodo testes falsi fuerint diuinitus puniti, vide varia exempla apud eumd. A lapide c.19.Deut.

Vide etiam memorabile exemplum apud Eusebium lib.6.c.8.Histor.Ecclesiast.

Thesaurus.

Thesaurus bonorum & malorum. August. Serm.27.in nouis.

De thesauro terreno & cælesti. Idem ibidem Serm.33.

Thesauros Ecclesiæ rectè & piè expendi & diuendi posse in necessarios vsus pauperum, vide Ambrosium lib.2.Officiorum,cap.28.

Thomas.

De S.Apostolo Thoma vide insignem & erudi-

tam

tam Orationem Stapletoni in libr. De tribus Thomis.

Habet ibidem Orationem de Thoma Moro.

Thomæ Mori humilitas & pietas. A lapide in cap.48. & Genes.in c.16.Num.

Thus.

De Thure vide eumdem Cornelium A lapide in cap.2.Leuit.

Timor.

De Timore Dei vide Augustinum circa finem nouorum Sermonum. A lapide in cap.10. Deuter. vbi & de fructibus timoris Dei agit. & Granatensem per integram Concionem Dom.9.post Pentecost.Conc.2.

De iustis nostri timoris causis, vide Cornelium A lapide in cap.2.Philipp.

Triplicem in nobis debere esse timorem, secundùm Bernard. vide Crespet Part.2. De peccatis.

Cum timore etiam Sancti operari salutem debent. Chrysost.Hom.1.ad pop.Antioch.

Timor fundamentum fidei & spei. Cypr. lib.3. ad Quirin.c.20.

Timoris vtilitas. Prosper lib.3. De vita contempl. c.11.

Timor initium iustitiæ. Idem lib.2. De vocat. Gent. c.27. & August. De catechizandis rudibus, cap.5.

Timor seruilis, timor est de supplicio; timor liberalis, sollicitudo de præmio. Prosper in epistola ad Demetriad. circa princ. & August. Tract.43. in Ioannem.

De duodecim solatijs contra timorem mortis vide

de Peraldum De virtutibus, Tom.1.Part.5. Tract. De fortitudine.

Quòd vtilis sit Principum timor. Chrysost. Homil.6. ad pop. Antioch. Idem Chrys. demonstrat quòd vtilis sit timor. Homil.15.

Timor quomodo nobis comparandus. A lapide ex Chrysostomo in cap.2. Epistolæ ad Philipp.

Time, inquit Bernard. cùm arriserit gratia, time cùm abierit, time cùm denuò reuertetur. Serm.54. in Cant.

Timor, inquit Ambrosius, est quædam basis verbi; quia sicut statuæ basibus firmantur & decorantur, ita ad seruanda mandata Dei fundatur homo per timorem eius. Hinc ille rogabat: Statue seruo tuo eloquium tuum in timore tuo. In Psalm.118. serm.5.

Sancti comprehendunt quæ sit latitudo, longitudo, profundum, & sublimitas. Sed sanctum facit affectio sancta, & ipsa gemina, timor Domini sanctus, & amor. Timor quidem sublimi ac profundo, amor longo latoque respondet. Necesse est vt perfectè illum timeas, cui nec oculus deest omnia videns propter sapientiam profundam, nec manus omnia potens propter potentiam sublimem. Ama tamen perseueranter, & habes longitudinem; dilata amorem tuum ad omnes, & habes latitudinem. Lib.5. De consid. ad Eugen.

De Timore vide plura in Monitis sacris, Part.2. Mon.5.6.7.18.26.27. & 118. & in alijs. item in Viridario Busæi, verbo Timor Domini.

De Timore humano in Panario, verbo Timor humanus.

Tintin-

Tintinnabula.

De Tintinnabulis Pontificis veteris, quid significent, vide Cornelium A lapide in cap. 28. Exod.

Tolerantia.

De Tolerantia vide Chrysost. Hom. De Dauid & Saul, Tom. 1. & Tom. 5.

Vide plura suprà, verbo Patientia.

Tonsura.

De Tonsura & Corona clericorum & monachorum vide Cornelium A lapide in cap. 6. Num.

Habet de Tonsura & rasura clericali Orationem Henricus Cuyckius Orat. 5. inter Panegyricas, vbi ostendit, vetustum rasuræ morem retinendum, & vbi exoleuit, restituendum esse.

Traditio.

De Traditionibus lege Bellarm. De verbo Dei non scripto, & Hosium in Opere suo Confess. fid.

Pro Concionibus vide de Traditionibus Monita sacra, Part. 2. Mon. 29.

Traditionum auctoritas. Irenæus lib. 3. cap. 4. August. contra epistolam fundam. c. 5. & Hessel. in Decal. c. 99. & 100. item in Symb. c. 69.

Traditiones Apostolicæ. Idem in Decal. c. 100.

Quod vniuersa tenet Ecclesia, inquit Augustinus, nec in Concilijs vspiam constitutum reperitur, non est dubitandū ab Apostolica traditione descendere, semperque ita seruatum esse. Lib. 4. De Baptismo contra Donatist. cap. 24. & in epistola ad Ianuar. c. 118. Leo serm. 2. De ieiunio Pentec. &c.

De Traditionibus vide plura apud Balduinum Iunium Conc. 2. in Dom. 1. post Pascha.

Tribu-

Tribulatio.

De Tribulatione scripsit aliquot Conciones Bellarm. in lib. suarum Conc.

De tribulationibus iustorum, & cur eas Deus ijs immittat, vide Osorium super Dom. infra Octauã Ascens. à medio Concionis, & Conc. 2. super eamd. Dom. circa finem. Granatensem super Dom. 3. post Pascha, Staplet. in Dom. 4. post Epiph. text. 1. A lapide in c. 33. Genes. Chrysost. Hom. 1. ad pop. Antioch. & Feuard. in c. 3. Iob, Hom. 22.

De vtilitate Tribulationum vide Perald. in Summa virt. Chrys. Homil. 4. ad pop. Ant. Aug. Conc. 2. in Psal. 36. & Monita sacra, Part. 3. Mo. 71. item Costerum Dom. 4. post Epiph. §. 2. Besse super Dom. 20. post Pentec. & super Dom. 23. post Pent. rursum Cornelium A lapide in c. 42. Genes.

In Tribulatione esse maximè seruiendum Deo. Vide Philip. Diez Conc. 3. super Dom. 2. Aduent.

De patientia in Tribulatione quauis habenda, lege Panarium Busæi, verbo Impatientia.

Tribulationum & malorum præteritorum memoria vtilis. Chrys. Hom. 12. ad pop. Antioch. in princ. & 13.

Tribulatio virtutum mater. Idem Homil. 1. in Psal. 50.

In Tribulationibus ad Deum confugiendum. Psal. 17. In tribulatione, & Psal. 24. Oculi mei, & Psal. 59. Da nobis auxilium, & Psal. 117. De tribulatione inuocaui, & Psalm. 55. In Deo speraui, & Psal. 60. Deduxisti me, & alibi.

Propter tribulationes à via veritatis aut bono virtutis non esse discedendum. Chrysost. Hom. 4. ad pop. Antioch.

Pro

Pro liberatione à Tribulatione dum non exaudit seruos suos Deus, maius eis bonum procurat. August. Serm. 108 in nouis.

Post tribulationes consolatio sequitur. August. Serm. 76. in nouis, in princ. & Chrysost. Homil. 16. ad pop. Antioch.

Tribulatio & afflictio magnum parit fructum. Cyprian. epistola 69. De laude Mart. post init. & lib. 3. ad Quirin. cap. 16. citat auctoritates Scripturæ.

Numquam deest tribulatio persecutionis, inquit D. Leo, si numquam desit obseruantia pietatis. Omnes enim, qui piè viuere volunt in Christo, &c.

Quòd hîc patiatis tribulationes, inquit Augustinus, manus est Medici secantis, non sententia Iudicis punientis. Serm. 105. in nouis.

Sub similitudine passionum, dissimilitudo passorum: sub eadem tribula calamus teritur, & frumentum purgatur: & sub eadem flamma aurum rutilat, & palea fumat. Idem lib. 1. De ciuit. c. 8.

De Tribulatione vide plura suprà, verbo Afflictio, & verbo Tentatio.

Tribunal.

De Tribunali conscientiæ vide Cornelium A lapide in c. 2. Epistolæ ad Rom.

Alius animus, aliud tribunal, inquit Chrysost. serm. 14. in cap, 4. Ephes.

Vide plura suprà, verbo Conscientia, & verbo Pœnitentia.

Trinitas.

Trinitatis opera indiuisa. August. Tract. 20. in Ioannem.

Trini-

Trinitatis commendatio in ipso Christo, in quo trium, videlicet animæ rationalis, carnis, & diuinitatis, est vnio. Bern. serm. 2. De Natiuit.

Trinitas in Deo varijs argumentis & Scripturis ostenditur. Chrys. serm. De Trinit. Tom. 3. Ibidem etiam variæ obiectiones soluuntur.

In Trinitate Filius Patri coæternus & consubstantialis esse ostenditur. Ibidem. Similiter & Spiritus sanctus. Ibidem.

Trinitas diuinarum personarum est summum bonum, quod purgatissimis mentibus cernitur, inquit August. lib. 1. De Trinit. c. 2.

Singula, inquit idem August. sunt in singulis, & omnia in singulis, & singula in omnibus, & omnia in omnibus, & vnum omnia. Qui videt hoc vel ex parte, vel per speculũ & in ænigmate, gaudeat cognoscens Deum, & sicut Deum honoret, & gratias agit. Qui autem non videt, tendat per pietatem ad videndum, non per cæcitatem ad calumniandum. Lib. 6. De Trinit. cap. vlt. in fine.

De Trinitate vide plura apud Neotericos super Festo Trinitatis.

Tripudia.

De Tripudijs seu choreis, vide Crespet in Triumphis B. Virginis, super Magnificat, post Festum Visitationis, & Ioannem Nider in Præceptorio, Præcep. 6. c. 3. Felisium in Decal. Bellarm. in Dom. Quinquagesimæ, & alibi. item Cornelium A lapide in c. 15. Exod.

De filia Herodiadis saltatrice, eiusque punitione, vide Bellarm lib. 1. De arte benè moriendi, c. 16.

Vide plura de Tripudijs seu choreis, ex Scriptura & Patribus, in Panario Busæi, verbo Choreæ.

Tristitia.

Tristitia.

Tristitia secundùm Deum melior & vtilior est lætitiâ mundi. Chrys. Homil. 18. ad pop. Ant.

Tristitia quædam bona, quædam mala. August. Serm. 74 in nouis.

Tristitiam sanctam diuturnam esse non sinit Deus, sed gaudium succedere facit. Idem ibidem serm. 76.

Tristitia solummodò propter peccata assumenda est. Chrys. Homil. 5. ad pop. Antioch.

Tristitiâ repleta anima, nihil audire est idonea. Idem Hom. 11. ad pop. Antioch.

De Tristitia, & remedijs contra eam, vide in Panario, verbo Tristitia.

Turpiloquium.

De Turpiloquio lege Hessel. in Decal. cap. 189.

Contra verborum obscœnitatem, turpitudinem, ac maledicentiam, vide Chrys. Hom. 14. in Epistolam ad Ephes. c. 4. in Moral.

An Turpiloquium sit peccatum mortale, vide Lessium De Iure & iust. lib. 4. c. 3. dubit. 8.

Turtur.

De Turture & Ecclesia vide Ho. Chrys. Tom. 5.

De proprietatibus Turturis vide Chrys. Homil. De virtute, Tom. 5.

Vide etiam, si placet, Strenam nostram quartam particularem, datam Viduis.

V.

Vanitas.

De vanitate & breuitate præsentis vitæ Chrys. serm. habet Tom. 5.

De vanitate humanæ gloriæ. Staplet. Dom.10. post Pentec.t.1.Dom.11.post Pentec.t.7. Dom.16. post Pentec.text.7.Dom.3.Aduent.t.2.Dom.3 post Epiph.text. 3. Dom.4. Quadragef. text.6. & Dom. Passionis,text.5.

De vanitate mulierum circa ornatum corporis, vide pulchrè F.Costerum super Dom.14.post Pentec.§ 9.

Vasa sacra.

Vasa sacra in necessitate conflari & consumi posse, prolixè docet Molanus lib.2.De Canon.cap.13. Vide etiam Ambrof.lib.2.Offic.cap 28.

Vdo.

Historiam Vdonis Magdeburgensis Episcopi vide apud Cornelium A lapide in cap.22.Leuit.

Verbum Dei.

De verbo Dei, August.Serm.69.,in nouis.

Verbum Dei tutius est audire quàm prædicare. Idem Serm.55.in nouis.

Ad verbum Dei audiendum exhortatio.Ibidem.

Verbum Dei mannæ comparatur. Idem libro 83. QQ. quæst.61.

Verbi Dei multiplex vtilitas. Bernard. serm. De multiplici vtilitate verbi Dei.

De audiendo verbo Dei lege (si placet) Conc. nostram vlt. in lib. Strenarum. & Staplet. Dom.4. post Pentec.tex.1. Dom.11. post Pent.tex.2. Dom. Passionis tex.2. Dom.Sexagef.tex.1.2.& 3.& Do.3. Quadragesimæ tex.7.

Verbum Dei auditum negligentes grauiùs punientur. Bern.serm.2.De Petro & Paulo.

Verbi Dei quanta sit dulcedo, vide Pintum in Ezech.c.3.in princ.

Vide

Vide plura ſuprà, verbo Lucerna, & verbo Concio, & verbo Scriptura.

Verbum incarnatum.

Pulchras antitheſes Verbi incarnati & pro nobis ſuſpenſi ac mortui, vide apud Cornelium A lapide ex S. Hieron. in cap. 3. Galat.

Vide plura ſuprà, verbo Incarnatio.

Verbum otioſum.

Verbum otioſum eſt quod aut intentione piæ vtilitatis, aut ratione caret iuſtæ neceſſitatis. Greg. 7. Moral. cap. 25. & 3. Parte Curæ paſt. Admonit. 15.

Omne verbum quod non conducit ad propoſitam vtilitatem, vanum & otioſum eſt. Baſil. in Regul. breuiorib. Interr. 23.

Auguſtinus definit verbum otioſum, quod nequaquam ædificat audientes, & quod ſine vtilitate dicitur & loquentis & audientis. Lib. De vera & falſa pœnitentia, cap. 18.

Veritas.

De Veritate eiuſque naturali deſiderio & cognitione vide Beſſe ſuper Dom. 22. poſt Pentec.

Niſi aſpergatur nobis deſuper quidam amor veritatis, inquit Auguſt. citiùs areſceremus, quàm ſitiremus. Lib. 1. ad Simpl.

Veritas (inquit Hieron.) non conſiſtit in verbis Scripturarum, ſed in ſententijs; non in ſuperficie, ſed in medulla; non in folijs, ſed in radice rationis. In Epiſt. ad Galat. cap. 1.

Veritas quando tacenda, quando non. Auguſt. lib. De dono perſeuer. c. 16.

Veritas à quocumque dicta, recipienda. Idem lib. 12. Confeſſ. c. 31.

De Veritate plura vide apud Lessium lib 6. De perfect.diu. c.4.

Vermis.

Diuitiarum vermis superbia. August. serm.5. De verbis Domini, Tom.10.

Vide etiam Cornelinm A lapide in cap.1. Timoth.

De verme infernali lege P.Lessium lib.13. De perfectionib. diuinis, cap.24. & Bellarm. lib.2.De gemitu columbæ, c.2.

Vestis.

Vestium ornatus an peccato careat, vide Costerum in Dom.3.Quadragesimæ.

De Vestium ornatu & luxu vide multa apud Cornelium A lapide in c.2. 1.ad Timoth.

De vestibus Sacerdotalibus Hieron.Tom.3.

Clamat vestis clericalis animæ honestatem, clamat status puritatem, clamat cultus castitatem, clamat professio Religionem, clamat officium deuotionem. Bernard.

Vestimenta templi sacrata & honesta esse debent. Hessel.in Decal. cap.90.

De luxu Vestium plura vide in Panario, verbo Vestium luxus.

Via, Viator.

Via vitæ arcta est. Hessel. De officio pij viri, cap.16.

Viator tribus indiget. Granatensis Conc.2. super Dom.22.post Pentec.

Via ad Deum quæ sit. Aug. lib.1.De doct.Christ. cap.34.

Via ad salutem solus Christus. Idem lib.7.Confess. cap.18.

Via

Via media incedendum Catholicis. Idem lib.4. ad Bonif. cap.3.

Via media incedere quid ſit. Idem lib.2. De peccat. mer. cap.35.

De via virtutis, vide Staplet. Dom.2. Quadrageſimæ, t.1. & Dom.4. Aduentus, text.7.

Viæ rectæ quæ ſint. Idem Dom.4. Aduentus, text.4.

Victoria.

Victoria in bello eſt donum Dei. A lapide in c.17. Exod.

Victoria à Deo expectanda. Pſal.32. Non ſaluatur Rex, &c. Pſalm.43. Nec enim in gladio ſuo, &c.

Victoria omnis contra diabolum virtuti Crucis tribuenda. Proſper Parte 1. Promiſſ. & prædict. c.40. & D. Leo ſerm.8. De Paſſione Domini.

Vincunt ſexcenti viri ſexcenta millia Perſarum, & hoc quia mortem contemnebant. Paulus Oroſ. lib.2. Hiſt. c.9. & 11.

De Victoriæ trophæis quæ ſuſpendi ſolent in loco publico, vide Cornelium A lapide in cap.31. Num.

Quid tam regium (inquit D. Leo) quàm ſubditum Deo animum corporis ſui eſſe victorem? Serm.3. in Anniuerſ. ſuæ aſſumpt.

Pro victoria obtenta gratiarum actio. Vigor Dom.20. poſt Trinit. & Oſorius in Silua ſuarum Conc. per integram Concionem.

Vidua.

Viduas & pupillos protegi oportere. Cyprian. lib.3. ad Quir. cap.113.

Commendationem ſtatus vidualis vide & lege

apud Ambros. lib. De viduis, & apud August. lib. De bono viduit.

D.Bernard. Causa, inquit, viduæ intret ad te, causa pauperis, & eius qui non habet quod det. Lib. 1. De consid. cap. 10.

De Viduis vide etiam Feuardent. in c. 1. Ruth.

De Viduis multa habes & varia in Strenis nostris particul. datis viduis; quæ, si lubet, vide & lege. Vide etiam Staplet. Dom. 15. post Pentec. tex. 3.

Vigilia.

Vigilias Sanctorum quare celebremus. Bern. serm. in Vigilia Apostolorum Petri & Pauli.

Vigilia quibus conueniat. A lapide in cap. 31. Genes.

Vigilia vna olim trium horarum obseruationem habebat. August. quæst. 4. super Leuit.

Graue est (inquit Ambros.) si te otiosum in stratis radius solis orientis inuerecundo pudore conueniat, & lux clara feriat oculos somnolento adhuc torpore depressos. Arguit nos tanti temporis spatium sine vllius deuotionis mundæ ac sacrificij spiritualis oblatione feriata transmissum. An nescis, ô homo, quòd primitias cordis tui ac vocis quotidie Deo debeas? Quotidiana tibi messis, quotidianus est fructus. In Psal. 118.

Vincula.

De Vinculorum splendore & dignitate, vide mirabilia verba apud Chrys. super c. 4. Ephes. Hom. 8. & 9. Vide etiam suprà, verbo Catenæ.

Vindicta.

Vindictam non sumendam, vide Cornel. A lapide in c. 32. Deut. Christianum Veridicum Ioannis Dauidis, c. 59. & Cypr. lib. 3. ad Quir. cap. 106.

Vindictæ

De choris & castris virginum, vide eumdem in cap. 38. Exod.

De fuga virginum exempla vide apud eumdem in cap. 34. Genes.

Ad virginem pulchra instructio apud Hieron. lib. 2. Epistolarum, epistola 19. quæ est ad Eustoch.

Encomia virginum lege apud Cypr. Tract. De habitu virg.

Virginum priuilegia ac præmia. Ibidem circa finem.

Virginitatis & continentiæ bona. Cypr. lib. 3. ad Quir. cap. 32.

Virginitas mentis quæ sit. August. Tract. 13. in Ioannem, & in nouis Serm.

Virginitas duplex, carnis & cordis. Monita sacra, Parte 1. Mon. 78. Vide etiam Parte 2. Mon. 34. & 113. & Monita Mariana, Mon. 8. 11. & 14.

Trepidare virginum est, inquit Ambr. & ad omnes viri ingressus pauere, omnes viri affatus vereri. Lib. 2. in Luc. c. 1.

Laudate Dominum dulciùs, quem cogitatis vberiùs; sperate feliciùs, cui seruitis instantiùs; amate ardentiùs, cui placetis attentiùs. August. De sancta virg. c. 27.

• Floret Ecclesia tot virginibus coronata, & castitas ac pudicitia tenorem gloriæ suæ seruat, nec quia adultero pœnitentia ac venia laxatur, continentiæ vigor frangitur. Aliud est ad veniam stare, aliud ad gloriam peruenire: aliud missum in carcerem non exire, donec soluat nouissimum quadrantem; aliud statim fidei ac virtutis accipere mercedem. Cypr. lib. 4. epistola 2.

Audacter loquor (inquit Hieron.) cùm omnia possit

possit Deus, suscitare virginem non potest post ruinam. Ad Eustoch. de custod. virg.

De Virginibus multa habes in libro Strenarum nostrarum particul. quæ dantur virginibus: ea, si placet, vide & lege.

Virtus.

Virtutis qualitates refert Prosper lib. 3. De vita contempl. cap. 16.

Virtus nolentium nulla est. Idem lib. 2. De vocat. Gent. cap. 26.

De quatuor Virtutibus cardinalibus. Idem lib. 3. De vita contempl. cap. 18. & sequent.

Virtutes à vitiis quomodo distinguantur. Hesselius in Decalog. cap. 18.

Virtutes omnes an sint connexæ. Hieron. lib. contra Pelag.

Virtutes nullum secum admittunt vitium. Chrysost. serm. De virtut. & vitiis, Tom. 5. & Hessel. De officio pij viri, cap. 3.

Virtutes an à natura nobis insint. Chrysost. serm. De virt. & vitiis, Tom. 5.

Virtutes multò plus habent voluptatis, ac minus laboris quàm ipsa vitia. Chrysostomus Tomo 5.

Quomodo & quare in virtutibus Christiano progrediendum sit, vide pulchrè apud Cornelium A lapide in cap. 33. Numer.

Ad virtutem exhortatio. Chrysost. Homil. 8. ad pop. Antioch.

Diuinæ gloriæ quodammodò cernimus maiestatem, vbi videmus veram apparere virtutem, inquit D. Leo serm. vlt. De Epiph.

Plures vitiis malè blandientibus quàm vtili vir-

tutum aſperitati amicitiores ſunt. Auguſt. lib. 2. De ciuit. cap. 19.

Citiùs quis modicam malitiam vbertim in ſe recipit, quàm copioſam virtutem paulatim. Gregorius Nazianzenus in Apologet. vnde addit: Probitatem malitia fœcunditate ſua excellit. &, Expedita eſt malitia ſine trahente.

Non virtus ſed cauſa virtutis mercedem apud Deum habet: & ſi à recta via paulatim declinaueris, non intereſt vtrùm ad dexteram vadas, an ad ſiniſtram, cùm verum iter amiſeris. Hieronym. lib. 1. Commentar. in cap. 5. Matth.

Plura de Virtute vide apud Perald. Tractat. De virtutibus, & in Viridario, verbo Virtus.

Viſio Dei.

Quomodo multi legantur in Scripturis Deum vidiſſe, & tamen Ioannes dicat, Deum nemo vidit vmquam, vide pulchrè Gregorium lib. 18. Moral. cap. 36. Vide ſuprà, verbo Beatitudo.

Vita, Viuere.

Vita humana comœdiæ ſimilis eſt. Corn. A lapide in c. 14. Exod. & Bellarm. in Feſto S. Iacobi.

Vita noſtra eſt continua profectio. Corn. A lapide in cap. 15. Exod.

De variis vitæ generibus. Diez ſuper Dom. 4. Aduent. Conc. 3.

Vita actiua & contemplatiua. Gregor. lib. 6. Moral. cap. 25. & lib. 7. cap. 28.

De vitæ humanæ fragilitate vide Pintum in c. 2. Ezech. & Bellar. Orat. De miſeriis humanæ vitæ.

De vita Chriſtiana vide Chryſoſt. Homil. 23. & 24. ad pop. Antioch.

De præſentis vitæ breuitate & vanitate agit idem Chry-

Chrysost. Tom. 5. & Hieronym. epist. ad Paulum Concordiensem, Tom. 1.

Vita contemplatiua propriè est futuri sæculi. Prosper lib. 1. De vita contempl. cap. 1. & 6.

Vita contemplatiua quietem requirit. Bernard. serm. 5. De Assumpt.

Vita contemplatiua & actiua quomodo differant. Prosper lib. 1. De vita contempl. cap. 12.

Vitæ contemplatiuæ quanta hîc possit esse perfectio. Idem ibidem cap. 8.

Vitæ actiuæ & contemplatiuæ figura fuit in duabus vxoribus Iacob, Genes. 29. August. lib. 1. De cons. Euang. cap. 3. & latiùs lib. 22. contra Faustum, cap. 52. & sequent.

Vita præsens est quoddam somnium & scena. Chrysost. serm. De vanitate & breuitate vitæ, Tomo 5. & Dionys. De quatuor nouiss. artic. 8. & 9.

Vita iusti bellum in hoc mundo est, nondum triumphus. August. Serm. 49. & 98. in nouis.

Vitam præsentem tristem & amaram Deus esse voluit, suauia & delectabilia futuræ vitæ reseruat. Chrysost. Homil. 16. ad pop. Antioch.

Vita æterna quomodo merces dicatur & simul gratia. August. Serm. 121. in nouis, ante finem, & Hessel. in Orat. Domin. cap. 40. & 41.

Vitæ æternæ qualitas. Prosper lib. 1. De vita contempl. cap. 2. & Hessel. in Symb. cap. 105.

In vita æterna singulorum mentes singulis patebunt. Prosper De vita contempl. lib. 1. cap. 4.

In vita æterna non sunt cogitandæ carnales epulæ. August. Serm. 4. in nouis.

In æterna vita erit satietas insatiabilis. August. Serm. 53. in nouis.

In

In vita æterna vtrùm oculis corporeis Deum videbimus. August.lib.22. De ciuit.cap.29.

In vita æterna maximè apparebit Dei gratia. Hessel in Symb. cap.109.

Vita beatorum perpetua. Augustinus Enchirid. cap.111.& 113.

Vitæ præsentis ad futuram comparatio, Idem lib. De spiritu & littera, cap.23.

Vitæ huius miseria. Idem lib. 10. Confess.c.28.

Vita hæc militia quædam est. Idem lib.2.contra Iulian. cap.9.

Christi caro, vita est, inquit Ambrosius. Ipsius passio vita est, ipsius mors vita est, ipsius vulnus vita est, ipsius sanguis vita est, ipsius sepultura vita est, ipsius resurrectio vita est vniuersorum. Quod factum est ergo in ipso, vita est. Infantia facta est in ipso, vita est: mors facta est in ipso, vita est; vulnus factum est in ipso, vita est: illusio facta est in ipso, vita est: diuisio facta est in ipso, vita est: sepultura facta est in ipso, vita est: resurrectio facta est in ipso, vita est. In Psalm.36.

Sic vixi, inquit Gregorius, vt accusatorem exteriùs non timerem: vtinam sic vixissem, vt intra me ipsum accusatorem conscientiam non haberem! Lib. 2. Moral.

Benè loqui & malè viuere, nihil aliud est quàm se sua voce damnare. Augustinus in Sententiis, Sententia 6.

De Vita æterna vide plura suprà, verbo Beatitudo, & verbo Gloria cælestis.

Vnitas.

Vnitatis commendatio. Bernard.serm.2.De Natiuitate Domini.

Com-

Commendatio vnitatis animæ cum Deo. Idem ſerm. 71. in Cantica.

Vnum aliquid multipliciter dicitur. Ibidem.

Vnitas alia Sanctorum, alia facinoroſorum. Idem ſerm. 5. De Aſſumpt.

Hoc vel maximè laborare debemus, ait Cyprianus, vt vnitatem à Domino & per Apoſtolos nobis ſucceſſoribus traditam, quantum poſſumus, obtinere curemus, & quod in nobis eſt, palabundas & errantes oues, quas quorumdam peruicax factio, & hæretica tentatio à matre ſecernit, in Eccleſiam colligamus. Lib. 2. epiſtola 10.

Non poterat (ait idem) apud nos ſenſus eſſe diuerſus, in quibus vnus erat ſpiritus; & ideò manifeſtum eſt, eum Spiritus ſancti veritatem cum ceteris non tenere, quem videmus diuerſa ſentire. Lib. 3. epiſtola 13.

Etiam muta animalia & ferarum greges, doctores ſequuntur ſuos. In apibus principes ſunt. Grues vnam ſequuntur ordine literato. Imperator vnus. Vnus Iudex prouinciæ. Roma vt condita eſt, duos fratres ſimul habere Reges non potuit, & parricidio dedicatur. In Rebeccæ vtero, Eſau & Iacob bella geſſerunt. Singuli Eccleſiarum Epiſcopi, ſinguli Archipresbyteri, ſinguli Archidiaconi: & omnis ordo Eccleſiaſticus ſuis Rectoribus nititur. In naui vnus gubernator, in domo vnus dominus, in quouis grandi exercitu vnius ſignum exſpectatur, &c. Hieronym. lib. 2. epiſtola 15.

Vnguentum.

De tribus vnguentis ſpiritualibus, ſcilicet deuotionis, contritionis, & pietatis, vide Bernardum ſerm. 10. in Cantica.

De

De Vnctione spirituali vide pulchra apud Cornelium A lapide in cap. 8. Leuit.

Vide suprà, verbo Oleum.

Vocatio.

Quomodo quisque debeat ambulare & viuere secundùm vocationem suam, vide P. Diez Conc. 1. super Dom. 6. post Pentecost. & Conc. 2. in Communi vnius Martyris.

De vocatione Apostolorum, & cur Deus pauperes, indoctos, & ignobiles elegerit, vide Cornelium A lapide in 1. cap. 1. ad Corinth. & suprà, verbo Apostoli.

Vocatio duplex, interior & exterior. Augustinus lib. 83. QQ. quæst. 68.

De vocationis conseruandæ studio. Stapleton. Dom. 3. post Epiphan. text. 9. & Dom. 2. post Pentecost. text. 7. & Dom. 13. post Pentecost. text. 7. & Dom. 19. post Pentecost. text. 10.

Vocanti Deo obediendum esse. Idem Dom. 15. post Pentecost. text. 7. Prompt. mor.

Vocatio Dei intelligitur nonnumquam ea quæ est secundùm propositum. August. lib. De prædest. Sanctorum, cap. 16.

De Vocatione Dei vide plura apud Felisium in Decalog. & Bellarminum in Conc. super Festo S. Andreæ.

Voluntas.

Voluntatem quomodo mutare dicatur Deus. August. lib. 22. De ciuit. Dei, cap. 1.

Voluntas Dei alia signi, alia beneplaciti. Hesselius in Orat. Dom. cap. 25. & 26.

Voluntas pro facto remunerabitur. Cypr. epistola 33. ad Presbyteros & Diaconos, de Martyribus

ribus incarceratis loquens; & Leo ferm. 1. De Quadragesima.

Voluntati Dei, non nostræ obtemperandum. Cypr. lib. 3. ad Quirin. cap. 18. & Bernard. ferm. De subiectione nostræ voluntatis.

De voluntate propria. Idem ferm. 3. De resurr. Domini. Cesset, inquit ibi, voluntas propria, & infernus non erit.

De voluntate nostra vide Cornelium A lapide in cap. 4. Genes.

De voluntate Dei circa peccata vide eumdem in cap. 50. Genes.

De resignanda propria voluntate in Dei & superiorum suorum voluntatem, vide pulchrè Platum lib. 1. De bono Relig. cap. 18.

Voluntas mala, manubrium diaboli. Cornelius A lapide in cap. 17. Leuit.

Voluntas Dei in quibus virtutibus consistat & spectanda sit, vide ex D. Cypriano, apud eumdem Cornelium A lapide in cap. 18. Deut.

Voluntas Dei est aliquando vt sanus sis, aliquando vt ægrotes, inquit Augustinus. Si quando sanus sis, dulcis est voluntas Dei, quando autem ægrotas, amara; non es recto corde: quia non vis voluntatem tuam dirigere ad voluntatem Dei, sed Dei ad tuam. In Psalm. 35.

Necesse est vt voluntas humana grandi ruinæ pondere supra semetipsam cadat, si voluntati Superioris superbiendo se præponat. Prosper in Sententiis.

Multi Dei voluntatem peragunt, vnde hanc mutare contendunt, & consilio eius resistentes obsequuntur: quia hoc eius dispositioni militat, quod

ei

ei per humanum ſtudium reſultat. Gregor. lib. 6. Mor. cap. 11. & 12. habet exempla.

Voluntas Dei eſt prima & ſumma cauſſa omnium corporalium ſpecierum atque motionum. Nihil enim fit viſibiliter ac ſenſibiliter, quod non de interiori inuiſibili atque intelligibili aula ſummi Imperatoris aut iubeatur aut permittatur, ſecundùm ineffabilem iuſtitiam præmiorum atque pœnarum. Auguſt. lib. 3. De Trinit. cap. 4.

Voluntas Dei neceſſitas eſt, ait idem Auguſtinus lib. 6. de Geneſ. ad litteram, cap. 17. & Enchirid. cap. 103. Rogandus eſt, inquit, Deus, vt velit quod neceſſe eſt fieri ſi voluerit.

De Voluntate Dei plura vide apud Auctores in Catechiſ. ſuper Petitionem tertiam Orat. Dominicæ, Fiat voluntas tua.

De Voluntate propria vide in Panario, verbo Voluntas propria.

Voluptas.

De Voluptatibus, vide Leſſium De ſummo bono, lib. 1. cap. 4.

Voluptatis victoria omnium maxima. Cypr. epiſtola 97. De bono pudicit.

Contra Voluptatem Chryſoſt. ſerm. quodam, Tomo 5.

Voluptuoſa vita quauis morte miſerior. Idem ibidem.

Voluptas eſca malorum. Monita ſacra, Part. 2. Mon. 44. & Part. 1. Mon. 92.

Voluptate nihil deteſtabilius, nihil peſtilentius. Ibidem Mon. 54.

Voluptates ſpinæ ſunt Euangelicæ, quæ ſuffocant verbum Dei. Ibidem.

Vide

Vide plura de voluptatibus huius vitæ apud Stapleton. in Prompt. mor. Dom. Sexagef. text.6.loco 3. & in Panario Bufæi, verbo Voluptas carnalis.

Votum.

Votum caſtitatis reddendum. Auguſt. Serm. 12. in nouis.

De Votorum fructu & vtilitate, & quare melius ſit ex voto bonum agere, quàm ſine eo, vide pulchrè Hieronymum Platum lib. 1. De bono Religionis, cap. 30.

De Votis quæ nuncupantur Sanctis, vide Bellarmin. lib. 3. De cultu Sanctorum, cap. 9.

Vota Deo facta citò reddenda. Cypr. lib. 3. ad Quirin. cap. 30.

Vouere caſtitatem non poſſunt coniuges ſine mutuo conſenſu. Auguſtinus quæſt. 59. ſuper Numer.

Votum ſubditi poteſt Superior irritare, vt pater filij, &c. Auguſt. epiſtola 99. & 159.

Votum non ſeruare, peccatum mortale. Auguſtinus Serm. 12. in nouis.

Vota paupertatis Deo placent. Idem lib. 17. De ciuit. Dei, cap. 4.

Votum non obligare, hæreticum eſt. Monit. Mariana, Monit. 6. & 8.

De Voto caſtitatis ibidem Mon. 8.

De Voto plura vide apud Heſſelium in Decalog. cap. 74. & aliquot ſequentibus. Baïum lib. 3. c. 46. Chriſt. inſtitut. Feliſium in Decalog. à cap. 248. & fusè Leſſium libro 2. De Iure & iuſtitia, à cap. 40.

Maioris gratiæ eſt, inquit Hieronymus, offerre

quòd non debeas, quàm reddere quod exigaris. Lib. 1. contra Iouinian.

De Voti violatione vide fusè in Panario Busæi, verbo Votum.

Vsura.

De Vsura eiusque restitutione scripsit Binsfeldius integrum Tractatum. De eadem fusè etiam scripsit Lessius lib. 2. De iust. & Iure, à cap. 20. & Hessel. in Decalog. cap. 206. & sequentibus. item Felisius in Decalog. & in Panario suo Busæus.

Vulgus.

De mobilitate vulgi, vide Cornelium A lapide in cap. 11. Numer.

Vulgus, inquit Ambrosius, non merita virtutis expendit, nec publicæ vtilitatis momenta rimatur, sed mobilitatis incerto nutat. Lib. 5. Hexaëm. cap. 21.

Cui conformiter Hieronymus, Semper, inquit, turba mobilis est, nec in proposita voluntate persistens, atque in morem fluctuum diuersorumque ventorum, huc illucque transfertur. In cap. 21. Matthæi.

Vulnera Christi.

De Vulneribus Christi vide Monita sacra, Parte 3. Mon. 18. & Osorium in Festo S. Thomæ.

Ex Vulneribus Christi fortitudo Martyrum. Bern. serm. 61. in Cant.

Vide etiam pulchrum exemplum de Vulneribus Christi apud Osorium Conc. 3. super Dom. 21. post Pentecost.

Vide plura in Monitis sacris, Part. 3. Monit. 100.

Cur vulnerum cicatrices Christus in glorioso corpore reseruauerit, vide ibidem.

Vul-

Vultus.

Quomodo multi sancti viri multæque sanctæ feminæ solo vultu atque aspectu impiorum animos vel fregerint, & terruerint, vel ad meliorem frugem conuerterint, vide multis exemplis demonstratum apud Stapletonum in Prompt. mor. Dom. 6. post Epiph. text. 3.

Vxor.

Vxor bona, insigne donum Dei. A lapide in cap. 24. Genes.

Vxores quomodo se erga maritos feroces gerent. August. lib. 9. Confess. cap. 9.

Vxores plures olim permissæ multiplicandæ prolis causa. Idem lib. 1. De nupt. cap. 9. & 13.

Vxores plures vni viro iungi cur permissum sit potiùs quàm plures viros vni vxori. ibidem.

Vxorem causâ sterilitatis relinquere non licet. Idem ibidem cap. 10.

Qui ob vxoris adulterium alteram ducit, adulter est. Ibidem cap. 10.

De officio vxorum erga maritos, & contrà, vide, si placet, Strenas nostras particulares, datas coniugatis.

De vxorum pluralitate, seu Polygamia, vide Martinum Becanum in Analogia veteris & noui Testamenti, cap. 21.

Z.

Zelotypia, Zelus.

De Zelotypia vide Cornelium A lapide in cap. 5. Numer. & Becanum in Analogia veteris & noui Testamenti, cap. 22.

De Zelo militum Christianorum, exempla vide apud eumdem A lapide in cap. 32. Exodi.

Zelo & feruore opus est ad res arduas. Idem in cap. 25. Numer.

Zelus Dei erga animam castam. Hesselius in Decalog. cap. 66.

De Zelo vide plura ex Scriptura & Patribus in Viridario Busæi, verbo Zelus.

FINIS.

SENTENTIÆ
D. HIERONYMI
NOTABILIORES
EX
LIBRIS EPISTOLARVM
COLLECTÆ,

dignæ omnes quæ memoriæ mandentur.

Beneuolo Lectori.

DVM *aliquando, beneuole Lector, libros Epistolarum D. Hieronymi studiosè peruoluerem, optimas quasque & maximè notabiles sententias, quibus passim quasi odoriferis quibusdam flosculis exornantur, selegi & excerpsi: quas non incommode nec infructnosè huic Thesauro locorum communium subiicio. Cùm enim in dicto Thesauro multi citentur Auctores tum veteres tum neoterici, quorum non est omnibus copia; ne Lectores, eiusmodi libris carentes, omni lectionis fructu priuentur, quòd eò recursum suum circa materiam oblatam habere nequeant; inuenient saltem tum in pranominato Thesauro, tum in hac Appendice varias, easque elegantes & scitu dignissimas sententias, quibus animum reficiant atque pascant. Has cum magno fructu memoriæ suæ commendare poterunt, etiam tum cùm relaxandi animi causâ obambulabunt, aut honestæ exercitationi corporali indulgebunt: atque sic tempus illud, quod otiosè quibusdam videri possit transactum, fructuosè & salubriter fuerit expensum. Amice Lector vale, atque etiam hoc nostro labore tibi & aliis vtere.*

SENTENTIÆ D. HIERONYMI EX LIBRO PRIMO EPISTOLARVM.

ANTIQVVS sermo est, Mendaces faciunt, vt nec vera dicentibus credatur. Lib. 1. epistola 2.

Omnibus hoc vitium est cantoribus, inter amicos, rogati vt numquam cantent, iniussi numquam desistant. Ibidem ex Horatio.

Non timebo hominum iudicium, habiturus Iudicem meum, iuxta illud quod quidam ait,

Si fractus illabatur orbis,
Impauidum ferient ruinæ. Ibidem.

Nosti hoc esse Christianæ animæ pabulum, si in lege Dei meditetur die ac nocte. Ibid. epist. 5.

Irasci, hominis est; & iniuriam non facere, Christiani. Ibidem epistola 7.

Humanæ vitæ breuitas, damnatio delictorum est. Ibidem epistola 8.

Quotusquisque aut centenariam transgreditur ætatem, aut non ad eam sic peruenit, vt peruenisse pœniteat? Ibidem.

Multum in vtramque partem crebrò fama mentitur, & tam de bonis mala quàm de malis bona falso rumore concelebrat. Ibidem epistola 9.

Non benè fit, quod occupato animo fit. Ibidem epiſtola 10.

Fateor numquam me in diuinis voluminibus propriis credidiſſe viribus, nec habuiſſe opinionem meam, ſed ea etiam de quibus ſcire me arbitrabar, interrogare me ſolitum. Ibidem epiſtola 13.

Ita ſe natura habet, vt amara ſit veritas, blanda vitia exiſtimentur. Ibidem epiſtola 16.

Puerilis eſt iactantiæ, accuſando illuſtres viros, ſuo nomini famam quærere. Ibidem epiſtola 18.

Bos laſſus fortiùs figit pedem. Ibidem.

Melius eſt locum mutare, quàm fidei veritatem. Ibidem epiſtola 23.

Melius eſt panem mendicare quàm fidem perdere. Ibidem epiſtola 24.

Cathedram Petri, & fidem Apoſtolico ore laudatam cenſui mihi conſulendam; inde nunc animæ meæ poſtulans cibum, vnde olim Chriſti veſtimenta ſuſcepi. Ibidem epiſtola 25.

Apud vos ſolos incorrupta Patrum ſeruatur hereditas. (*aliàs* auctoritas.) Ibidem. Loquitur de Romana Eccleſia.

Faceſſat inuidia, Romani culminis recedat ambitio. Cum ſucceſſore piſcatoris, & diſcipulo Crucis loquor. Ego nullum primum niſi Chriſtum ſequens, beatitudini tuæ (Damaſo Pontifici loquitur) id eſt Cathedræ Petri, communione conſocior; ſuper illam petram ædificatam Eccleſiam ſcio. Quicumque extra hanc domum agnum comederit, profanus eſt. Si quis in arca Noë non fuerit, peribit regnante diluuio. Ibidem epiſtola 25.

Nini-

Niniue ciuitas, quæ peccato perijt, fletibus stetit. Ibidem epistola 26.

Noli despicere animam pro qua Christus mortuus est. Ibidem.

Proijce sarcinam sæculi, ne quæras diuitias quæ camelorum prauitatibus comparantur. Nudus & leuis in cælum euola, ne alas virtutum tuarum auri deprimant pondera. Ibidem epistola 29.

Nemo Apostolis pauperior fuit, & nemo tantum pro Domino dereliquit. Ibidem.

Eroganda non quæras, sed quæsita iam tribue. Ibidem.

Imbecillitas corporis, animæ quoque vires secum trahit. Ibidem epistola 30.

Senectus multa secum & bona adfert & mala. Ibidem.

Nullus diu tutus est, periculo proximus. Ibidem ex S. Cypriano.

Aliud est titillari, aliud obrui voluptatibus. Ibidem.

Nihil tam facile est, quin difficile fiat, si inuitus facias. Ibidem epistola 33. ex Terentio.

Alienis dentibus commoliti cibi, vescentibus nauseam faciunt. Ibidem.

Nihil longum quod finem habet. Ibidem epistola 34.

Cupimus non dicere sancta, sed facere. Ibidem.

Apud Deum nihil voluptuosum, nihil tantùm suaue placet, nisi quod in se habet mordacis aliquid veritatis. Ibidem epistola 35.

Nihil Saluator amat medium. Ibidem.

Nobis sollicitè prouidendum est, vt solemnem diem non tam ciborum abundantia, quàm spiritus

exultatione celebremus. Quia valdè absurdum est, nimia saturitate velle honorare Martyrem, quem scias Deo placuisse ieiunijs. Ibidem.

Ita semper comedendum est, vt cibum & oratio sequatur & lectio. Ibidem.

Culpam numerus peccantium non minuit, & in personis, non in rebus est accusatio. Ibidem epistola 36.

Nouum malitiæ genus, accusare quod prodi timeas, scribere quod occultes. Ibidem.

Intemperantis esse arbitror, scribere quidquam quod occultari velis. Ibidem.

Nulla necessitas maior est charitate. Ibidem epistola 37.

Ego in scelerum meorum sepulchro iacens, & peccatorum vinculis colligatus, Dominicum de Euangelio expecto clamorem, Hieronyme veni foras. Ibidem.

Nostis puellares animos his rebus plerumque solidari, si se intelligant curæ esse maioribus. Ibid.

Lubricum adolescentiæ iter, in quo & ego lapsus sum, & vos non sine timore transistis. Ibidem.

In mea patria rusticitatis vernacula Deus venter est, & in diem viuitur: & sanctior ille est, qui ditior. Ibidem.

Amor ordinem nescit. Ibidem.

In amicis non res quæritur, sed voluntas. Ibidem epistola 38.

Dei Filius sustinuit ignominiam crucis, & tu beatos putas qui felicitate istius sæculi & delicijs perfruuntur? Ibidem.

Magna ira est quando peccantibus non irascitur Deus. Ibidem.

Libenter

Libenter nunc tormenta patiar, vt futura mihi gloria referuetur. Ibidem.

Miror prudentem virum (dicebat S. Antonius Didymo cæco) eius rei dolere damno, quam formicæ & muscæ & culices habent; & non lætari illius possessione, quam Sancti soli & Apostoli meruerunt. Ibidem.

Quid agemus nos in die Iudicij, super quorum iram non vnius diei sed tantorum annorum sol testis occubuit? Ibidem epistola 39. Alludit ad verba Apostoli, Sol non occidat, &c.

Væ mihi misero, ne dicam tibi, qui tanto tempore aut non obtulimus munus ad altare, aut ira permanente, sine causâ obtulimus. Quomodo in quotidiana prece vmquam diximus, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, animo discordante cum verbis, oratione diffidente cum factis? Ibidem.

Ego ita sum, quasi à cuncto grege morbida aberrans ouis, quòd nisi me bonus Pastor ad sua stabula humeris impositum reportarit, lababunt gressus, & in ipso conamine vestigia concident assurgentis. Ibidem epistola 40.

Scriptura vetus tantis obscuritatibus & futurorum typis inuoluta est, vt omnis interpretatione egeat. Ibidem epistola 41.

Contrariorum contraria sunt remedia. Ibidem ex Hippocr.

Periculosum est de seruo alterius iudicare; & non facilis venia, praua dixisse de rectis. Ibidem epistola 45.

Inuidia primùm mordax sui. Ibidem.

Remedium pœnæ suæ arbitrantur (inuidi & maleuoli)

leuoli) si nemo sit sanctus, si omnibus detrahatur, si turba sit pereuntiū, si multitudo peccantiū. Ibid.

Bono tuo crassus sis, me macies delectat & pallor. Ibidem.

Gratias ago Deo meo quòd dignus sim quem mundus oderit. Ibidem.

Scio per famam bonam & malam peruenire ad regna cælorum. Ibidem.

Nobis nihil est antiquius quàm Christi iura seruare, nec Patrum transire terminos, semperque meminisse Romanam fidem Apostolico ore laudatam. Ibidem epistola 47.

Optamus, si fieri potest, in diebus nostris Catholicam fidem & Ecclesiæ regulas cum subiectis nobis populis custodire, & omnes nouas sopire doctrinas. Ibidem epistola 48. quæ est Theophili ad Hieronym.

Quasi multitudo peccantium scelus minuat, & non numerositate lignorum, maior gehennæ flamma succrescat. Ibidem epistola 52.

Libentiùs piam rusticitatem, quàm doctam blasphemiam eligam. Ibidem epistola 54.

Apud Christianos non qui patitur, sed qui facit contumeliam miser est. Ibidem epistola 55.

EX LIBRO SECVNDO.

VERA illa necessitudo est, & Christi glutino copulata, quam non vtilitas rei familiaris, non præsentia tantùm corporum, non subdola & palpans adulatio, sed Domini timor & diuinarum Scripturarum studia conciliant. Lib. 2. epistola 2.

Habet

Habet neſcio quid latentis energiæ viua vox,& in aures diſcipuli de Auctoris ore transfuſa fortiùs ſonat. Ibidem.

Sancta ruſticitas ſolùm ſibi prodeſt;& quantum ædificat ex vitæ merito Eccleſiam Chriſti, tantum nocet ſi deſtruentibus non reſiſtat. Ibidem.

In Scripturis ſanctis ſine præuio & monſtrante ſemitam non potes ingredi. Ibidem.

Quod Medicorum eſt, promittunt Medici: tractant fabrilia fabri. Sola Scripturarum ars eſt, quam paſſim ſibi omnes vendicant. Scribimus indocti, doctique poëmata paſſim. Hanc garrula anus, hanc delirus ſenex, hanc Sophiſta verboſus, hanc vniuerſi præſumunt, lacerant, docent antequam diſcant. Ibidem.

Diſcamus in terris, quorum nobis ſcientia perſeueret in cælo. Ibidem.

Credenti totus mundus diuitiarum eſt: infidelis etiam obulo indiget. Ibidem.

Sic viuamus tamquam nihil habentes, & omnia poſſidentes. Ibidem.

Victus & veſtitus diuitiæ Chriſtianorum. Ibid.

Facilè contemnit omnia, qui ſe ſemper cogitat eſſe moriturum. Ibidem.

Nihil ita repugnat Deo, quàm cor impœnitens: ſolum crimen eſt quod veniam conſequi non poteſt. Ibidem epiſtola 3.

Solum deſperationis crimen eſt quod mederi nequeat. Ibidem.

Quod ab omnibus fit, pænè ſcitur ab omnibus. Ibidem.

Hoc plango quòd te ipſe non plangis. Ibidem.

Numquam eſt ſera pœnitentia. Ibidem.

Peccata

Peccata mea non ſunt virtutes tuæ. Ibidem.

Non damno nuptias, non damno coniugium: volo omnes qui propter nocturnos forſitan metus ſoli cubitare non poſſunt, vxores ducere. Ibidem epiſtola 4.

Minus eſt tenere Sacerdotium quàm mereri. Ibidem epiſtola 5.

Nudos amat eremus. Ibidem epiſtola 6.

Affatim diues eſt qui cum Chriſto pauper eſt. Ibidem.

Debet amor læſus iraſci. Ibidem.

Quid facis in paterna domo delicate miles. Ibid.

Corpus aſſuetum tunicis, loricæ onus non fert. Caput opertum linteo, galeam recuſat. Mollem otio manum durus exaſperat capulus. Ibidem.

Recordare tyrocinij tui diem quo Chriſto in Baptiſmate conſepultus, in Sacramenti verba iuraſti: pro nomine eius non te patri parciturum, non matri. Ibidem.

Licet paruulus ex collo pendeat nepos, licet ſparſo crine & ſciſſis veſtibus, vbera quibus te nutrierat oſtendat mater: licet in limine iaceat pater, per calcatum perge patrem, ſiccis oculis ad vexillum Chriſti euola. Solum pietatis genus eſt, hac in re eſſe crudelem. Ibidem.

Facilè rumpit hæc vincula (quæ mundani & carnales amici obijciunt) amor Chriſti, & gehennæ timor. Ibidem.

Gladium tenet hoſtis vt me interimat, & ego de matris lachrymis cogitabo? Propter patrem militiam Chriſti deſeram, cui ſepulturam Chriſti cauſa non debeo, quam etiam omnibus eius cauſa debeo? Ibidem.

Erras

Erras frater, erras, ſi putas vmquam Chriſtianum perſecutionem non pati. Tunc maximè oppugnaris, ſi te oppugnari neſcis. Ibidem.

Animaduerte frater, non tibi licere de tuis quidquam habere rebus. Hereditatem expectans ſæculi coheres Chriſti eſſe non poteris. Ibidem.

Licet in modum ſtagni fuſum æquor arrideat: licet vix ſumma iacentis elementi ſpiritu terga criſpentur, magnos hic campus montes habet intus incluſos. Intus eſt periculum, intus eſt hoſtis. Expedite rudentes, vela ſuſpendite. Crux antennæ figatur in frontibus. Tranquillitas iſta tempeſtas eſt. Ibidem.

Perfectus Chriſti ſeruus nihil præter Chriſtum habet. Aut ſi quid præter Chriſtum habet, perfectus non eſt. Ibidem.

Perfectum eſſe nolle, delinquere eſt. Ibidem.

Abſit vt de his quidquam ſiniſtrum loquar, qui Apoſtolico gradui ſuccedentes, Chriſti Corpus ſacro ore conficiunt, per quos & nos Chriſtiani ſumus: qui claues regni cælorum habentes, quodammodò ante Iudicij diem iudicant: qui ſponſam Domini ſobria caſtitate conſeruant. Ibidem.

Non omnes Epiſcopi, Epiſcopi ſunt. Attendis Petrum, ſed & Iudam conſidera: Stephanum ſuſpicis, ſed & Nicolaum reſpice, quem Dominus, vt Ioannes teſtatur in Apocalypſi, ſua damnat ſentētia. Qui tam turpia & nefanda commentus eſt, vt Nicolaitarum hæreſis ex illa radice naſcatur. Ibidem.

Non facit Eccleſiaſtica dignitas Chriſtianum. Ibidem.

Minimum diſcipulum Ieſus amat plurimùm. Inferiùs ergo accumbe, vt minore adueniente, ſurſum

ſurſum iubearis aſcendere. Ibidem.

Monachus ſi ceciderit, rogabit pro eo Sacerdos; pro Sacerdotis lapſu quis rogabit? Ibidem.

Quid agis frater in ſæculo, qui maior es mundo? Ibidem.

Libet, ſarcina corporis abiecta, ad purum ætheris euolare fulgorem. Paupertatem times? ſed beatos Chriſtus pauperes appellat. Labore terreris? at nemo athleta ſine ſudoribus coronatur. De cibo cogitas? ſed fides famem non timet. Super nudam metuis humum exeſa ieiunijs membra collidere? ſed Dominus tecum iacet. Squallidi capitis horret inculta cæſaries? ſed caput tuum Chriſtus eſt. Infinita eremi vaſtitas terret? ſed tu Paradiſum mente perambula. Quotieſcumque illuc cogitatione ac mente conſcenderis, toties in eremo non eris. Ibidem.

Delicatus es frater, ſi & hîc vis gaudere cum ſæculo, & poſteà regnare cum Chriſto. Ibidem.

Iudicaturo Domino, lugubre mundus immugiet: tribus ad tribum pectora ferient: potentiſſimi quondam Reges, nudo latere palpitabunt. Exhibebitur cũ prole ſua Venere tunc ignitus Iupiter. Adducetur & cum ſuis ſtultus Plato diſcipulis. Ariſtotelis argumenta non proderunt. Tunc tu ruſticanus & pauper exultabis, ridebis, & dices: Ecce crucifixus Deus meus: ecce Iudex, qui obuolutus pannis in præſepio vagijt. Hic eſt ille operarij & quæſtuariæ filius, hic qui matris geſtatus ſinu, hominem Deus fugit in Ægyptum: hic veſtitus coccino: hic ſentibus coronatus: hic magus, dæmonium habens, & Samarites. Cerne manus Iudæe, quas fixeras: cerne latus Romane, quod foderas. Videte corpus

corpus an idem sit, quod dicebatis clàm nocte sustulisse discipulos. Ibidem.

Lætamur ad nummum, amisso obulo contristamur. Ibidem epistola 7.

Plus laudat vnusquisque quod possidet. Ibidem.

Locus in quo crucifixus est Dominus noster, Caluaria appellatur, scilicet quòd ibidem sit antiqui hominis caluaria condita, vt secundus Adam & Sanguis Christi de cruce stillans, primi Adam & iacentis Protoplasti peccata dilueret: & tunc sermo ille Apostoli compleretur: Excitare qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Ibidem epistola 8.

Vox Christianorum dissona, sed vna religio. Ibidem.

Putridæ carnes ferro curantur & cauterio: venena serpentina pelluntur antidoto. Ibidem epistola 9.

Non est laus si vos diligatis, scelus est quòd odistis. Ibidem.

Secunda post naufragium tabula est, quod malè cœperis, saltem hoc remedio temperare. Ibidem.

Quid tibi necesse est in ea habitare domo, in qua necesse habes quotidie aut perire, aut vincere. Quis vmquam mortalium securos iuxta viperam somnos cæpit? Quæ etsi non percutiat, certè sollicitat. Securius est perire non posse, quàm iuxta periculum non perijsse. In altero tranquillitas est, in altero gubernatio; ibi gaudemus, hìc euadimus. Ibidem.

Si dixeris, Sufficit mihi conscientia mea; Habeo Deum iudicem, qui vitæ meæ testis est; Non curo quid loquantur homines: audi Apostolum scribentem: Prouidentes bona non solùm coram Deo, sed

etiam coram omnibus hominibus. Ibidem.

Difficilè inter epulas seruatur pudicitia. Nitens cutis sordidum sustentat animum. Ibidem.

Querulum seruorum genus est,& quantumcumque dederis,semper ei minus est. Ibidem.

Faciliùs mala credunt homines,& quodcumque domi fingitur, rumor fit in publico. Ibidem.

Bona conscientia nullius fugit oculos. Ibidem.

Nihil ita offendit Deum,quàm desperatione meliorum, hærere peioribus. Ibidem epistola 10.

Sci re non possumus ægrotationis mala, nisi cùm fuerit sanitas consecuta: & quantum boni virtus habeat, vitia demonstrant; clariusque fit lumen comparatione tenebrarum. Ibidem.

Idcircò iurare se dicit Deus, vt si non credimus promittenti, credamus saltem pro nostra salute iuranti. Ibidem.

Petrus trinam negationem amaritudine abluit lachrymarum. Ibidem.

O clementia Dei! ô nostra duritia! dum & post tanta scelera nos prouocat ad salutem; & ne sic quidem volumus ad meliora conuerti. Ibidem.

Tanta est magnitudo fletuum, vt aquarum diluuio comparetur. Ibidem.

Vnumquemque iudicat Deus sicut inuenerit, nec præterita considerat, sed præsentia; si tamen vetera crimina nouellâ conuersione mutentur. Septies in die cadit iustus, & resurgit. Si cadit, quomodo iustus? Si iustus, quomodo cadit? Sed iusti vocabulum non amittit, qui per pœnitentiam semper resurgit. Ibidem.

Prô pudor! fragilior sexus vincit sæculum, & robustior superatur à sæculo. Ibidem.

Gratia

Gratia tibi, Domine Iesu, quòd in die tua habeo, qui pro me te possit rogare. Ibidem epistola 11.

Amicus fidus diu quæritur, vix inuenitur, difficilè seruatur. Ibidem.

Omnes pænè virtutes corporis mutantur in senibus, & cres[illegible]nte sola sapientia, decrescunt ceteræ, ieiunia, vigiliæ, & eleemosynæ, &c. Ibidem epistola 14.

Clericus qui Christi seruit Ecclesiæ, interpretetur primò vocabulum suum, & nominis definitione prolata nitatur esse quod dicitur. Si enim Cleros Græcè, Sors Latinè appellatur, propterea vocantur Clerici, vel quia de sorte sunt Domini, vel quia Dominus ipse sors, id est, pars Clericorum est. Ibidem.

Mensulam tuam pauperes & peregrini, & cum illis Christus conuiua nouerit. Ibidem.

In magna morum discordia, nulla potest esse concordia. Ibidem.

Omnes puellas & virgines Christi aut æqualiter ignora, aut æqualiter dilige. Ibidem.

Nec Sampsone fortior, nec Dauide sanctior, nec Salomone potes esse sapientior. Memento semper quòd Paradisi colonum de possessione sua mulier eiecerit. Ibidem.

Periculosè tibi ministrat, cuius frequenter vultum attendis. Ibidem.

Caue omnes suspiciones, & quidquid probabiliter fingi potest, ne fingatur, antè deuita. Crebra munuscula, & sudariola, & fasciolas, & vestes ori applicatas, & degustatos cibos, blandasque & dulces litteras sanctus amor non habet. Mel meum,

lumen meum, meumque desiderium Christus est. Ibidem.

In omni gradu & sexu & boni reperiuntur & mali; malorumque condemnatio, laus bonorum est. Ibidem.

Quasi maiora sint Imperatorum scita, quàm Christi, leges timemus, & Euangelia contemnimus. Ibidem.

Gloria Episcopi est, pauperum opibus prouidere. Ignominia omnium Sacerdotum, propriis studere diuitiis. Ibidem.

O quanta apud Deum merces, si vnusquisque in præsenti pretium non speraret! Ibidem.

Diuinas Scripturas sæpiùs lege, imò numquam de manibus tuis sacra lectio deponatur. Disce quod doceas. Ibidem.

Non confundant opera tua sermonem tuum, ne cùm in Ecclesia loqueris, tacitus quilibet respondeat: Cur ergo hæc dicis, ipse non facis? Delicatus magister est, qui pleno ventre de ieiuniis disputat. Accusare auaritiam & latro potest. Ibidem.

Sacerdotis Christi vita, mens, osque concordent. Docente te in Ecclesia, non clamor populi, sed gemitus suscitetur. Lachrymæ auditorum laudes tuæ sint. Ibidem.

Nil tam facile, quàm vilem plebeculam & indoctam concionem linguæ volubilitate decipere; quæ quidquid non intelligit, plus miratur. Ibid.

Ornatus & sordes pari modo fugiendæ, quia alterum delicias, alterum gloriam redolet. Ibidem.

Multò melius est è duobus imperfectis rusticitatem habere sanctam, quàm eloquentiam peccatricem. Ibidem.

Num-

Numquam vinum redoleas, ne audias illud Philosophi: Hoc non est osculum porrigere, sed vinum propinare. Ibidem.

Pinguis venter non gignit sensum tenuem. Ibidem.

Fortissimum ieiunium est aqua & panis. Ibid.

Caue ne hominum rumusculos aucuperis, ne in offensam Dei populorum laudem commutes. Ibidem.

Per bonam & malam famam, à dextris & à sinistris Christi miles graditur. Nec laude extollitur, nec vituperatione frangitur: non diuitiis tumet, non contrahitur paupertate, & læta contemnit & tristia. Ibidem.

Nemo inuito auditori libenter refert. Sagitta in lapidem numquam figitur: interdum resiliens percutit dirigentem. Discat detractor, dum te videt non libenter audire, non facilè detrahere. Ibid.

Facilè contemnitur Clericus, qui sæpè vocatus ad prandium venire non recusat. Numquam petentes, raro accipiamus rogati. Ibidem.

Amico quidpiam rapere, furtum est; Ecclesiam fraudare, sacrilegium est. Ibidem.

Optimus dispensator est, qui sibi nihil reseruat. Ibidem.

Non tantum sequitur gloriæ post victoriam, quantum ignominiæ post ruinam. Ibid. epist. 15.

Sordes vestium, candidæ mentis indicia sint: vilis tunica contemptum sæculi probet; ita dumtaxat ne animus tumeat, ne habitus sermoque dissentiant. Ibidem.

Modicus & temperatus cibus & carni & animæ vtilis est. Ibidem.

Ancillas quæ in obſequio ſunt, tibi ſcias eſſe in inſidiis: quantò vilior earum conditio, tantò facilior ruina eſt. Ibidem.

Nulli parcas, vt ſoli parcas animæ. Ibidem.

Væ nobis, qui quoties concupiſcimus, toties fornicamur. Ibidem.

Mihi oppidum carcer, & ſolitudo paradiſus eſt. Ibidem.

Ne miles antequam tyro, ne priùs magiſter ſis antequam diſcipulus. Ibidem.

Ama ſcientiam Scripturarum, & carnis vitia non amabis. Ibidem.

Facito aliquid operis, vt te ſemper diabolus inueniat occupatum. Ibidem.

Gratias ago Domino, quòd de amaro ſemine litterarum dulces fructus carpo. Ibidem.

Niſi oderimus malum, bonum amare non poſſumus. Ibidem.

Nulla ars abſque magiſtro diſcitur. Ibidem.

Non facias quod vis, comedas quod iuberis. Ibidem.

Præpoſitum Monaſterij timeas vt dominum, diligas vt patrem. Credas tibi ſalutare, quidquid ille præceperit: nec de maioris ſententia iudices, cuius officij eſt obedire, & implere quæ iuſſa ſunt, dicente Moyſe: Audi Iſrael, & tace. Ibidem.

Nequaquam conſideres quid alij mali faciant, ſed quid boni tu facere debeas: neque peccantium ducaris multitudine. Ibidem.

Ita age & viue in Monaſterio, vt Clericus eſſe merearis; & adoleſcentiam tuam nulla ſorde commacules, vt ad altare Chriſti quaſi de thalamo virgo procedas, & habeas deforis bonum teſtimonium;

nium; feminæque nomen tuum non nouerint, & vultum nesciant. Ibidem.

In omni conditione & gradu optimis mixta sunt pessima. Ibidem.

Multo tempore disce quod doceas. Ibidem.

Nulli detrahas, nec in eo te sanctum putes, si ceteros laceres. Ibidem.

Accusamus sæpè quod facimus, & contra nosmetipsos diserti in nostra vitia inuehimur, muti de eloquentibus iudicantes. Ibidem.

Veritas angulos non amat, nec quærit susurrones. Ibidem.

Vtinam quod renuntiamus sæculo, voluntatis sit, non necessitatis; & paupertas habeat expetita gloriam, non illata cruciatum. Ibidem.

Si habes substantiam, vende, & da pauperibus: si non habes, grandi onere liberatus es. Nudum Christum nudus sequere. Durum, grande, difficile, sed magna sunt præmia. Ibidem.

Paulus Apostolus, vas electionis, de persecutore mutatus, nouissimus in ordine est, primus in meritis est: quia extremus licet, plus omnibus laborauit. Ibidem epistola 16.

Crates ille Thebanus, homo quondam ditissimus, cùm ad philosophandum Athenas pergeret, magnum auri pondus abiecit; nec putauit se posse simul virtutes & diuitias possidere. Ibidem.

Plenus venter facilè de ieiuniis disputat. Ibid.

Non Ierosolymis fuisse, sed Ierosolymis benè vixisse laudandum est. Ibidem.

Rara est in hominibus fides. Ibidem.

Sæcularium, & maximè potentum consortium deuita. Ibidem.

Habeto ſimplicitatem columbæ, ne cuiquam machineris dolos; & aſtutiam ſerpentis, ne aliorum ſupplanteris inſidiis. Non multùm diſtat in vitio, vel decipere, vel decipi poſſe Chriſtianum. Ibidem.

Quem ſenſeris tibi aut ſemper aut crebrò de nummis loquentem, excepta eleëmoſyna, quæ indifferenter omnibus patet, inſtitorem potiùs habeto quàm Monachum. Ibidem.

Quæ vtilitas eſt, parietes fulgere gemmis, & Chriſtum in paupere fame periclitari? Ibidem.

Eſſe Chriſtianum grande eſt, non videri. Ibid.

Nil ſine magno Vita labore dedit mortalibus. Ibidem ex Horatio.

Præpara diuitias tibi, quas quotidie eroges, & numquam deficiant. Ibidem.

Non ſunt contemnenda quaſi parua, ſine quibus magna conſtare non poſſunt. Ibidem epiſtola 17.

Difficulter eraditur quod rudes animi perbiberunt. Ibidem.

Procliuis eſt malorum æmulatio: & quorum virtutes aſſequi nequeas, citò imitaris vitia. Ibidem.

Aegrè reprehendas quod ſinis conſueſcere. Ibidem.

Orationi lectio, lectioni ſuccedat oratio. Ibid.

Talia veſtimenta para, quibus frigus pellatur, non quibus veſtita corpora nudentur. Ibidem.

Diſplicent mihi, in teneris maximè ætatibus, longa & immoderata ieiunia. Ibidem.

Experimento didici, aſellum in via, cùm laſſus fuerit, diuerticula quærere. Ibidem.

In Quadrageſima continentiæ vela pandenda ſunt,

ſunt, & tota aurigæ retinacula equis laxanda properantibus. Ibidem.

Sæcularis homo in Quadrageſima ventris ingluuiem decoquit, & in cochlearum morem ſucco victitans ſuo, futuris dapibus ac ſaginæ aqualiculum parat. Ibidem.

Grandis eſt prudentiæ, aurum in luto quærere. Ibidem.

Multitudo peccantium peccandi licentiam ſubminiſtrat. Prô nefas! Orbis terrarum ruit, & in nobis peccata non ruunt. Ibidem epiſtola 18.

Viuimus quaſi altera die morituri, & ædificamus quaſi ſemper in hoc ſæculo victuri. Auro parietes, auro laquearia, auro fulgent capita columnarum, & nudus atque eſuriens ante fores noſtras Chriſtus in paupere moritur. Ibidem.

Pereunt cum paſtoribus greges, quia ſicut populus, ſic Sacerdos. Ibidem.

Nemo inter ſerpentes & ſcorpiones ſecurus ingreditur. Ibidem epiſtola 19.

Quamdiu hoc fragili corpore detinemur, quamdiu habemus theſaurum iſtum in vaſis fictilibus, & concupiſcit ſpiritus aduerſus carnem, & caro aduerſus ſpiritum, nulla eſt certa victoria. Ibidem.

Audacter loquor: Cùm omnia poſſit Deus, ſuſcitare virginem non poteſt poſt ruinam. Valet quidem liberare de pœna, ſed non vult coronare corruptam. Ibidem.

Perit & mente virginitas. Sunt virgines malæ, virgines carne, non ſpiritu: virgines ſtultæ, quæ oleum non habentes excluduntur à ſponſo. Ibid.

Sponſa Chriſti vinum fugiat pro veneno. Ibidem.

Vinum & adoleſcentia duplex voluptatis incendium. Ibidem.

Quos ſaturitas de paradiſo expulit, reducat eſuries. Ibidem.

Piget dicere, quot quotidie virgines ruant, quantas de ſuo gremio mater perdat Eccleſia: ſuper quæ ſidera inimicus ſuperbus ponat thronum ſuum. Ibidem.

Plures ſunt quæ cùm vino ſint ſobriæ, ciborum largitate ſunt ebriæ. Ibidem.

Tenenti codicem ſomnus obrepat, & cadentem faciem pagina ſancta ſuſcipiat. Ibidem.

Carnis amor ſpiritus amore ſuperatur, deſiderium deſiderio reſtinguitur. Ibidem.

Semper te cubiculi tui ſecreta cuſtodiant, ſemper tecum ſponſus ludat intrinſecus. Oras; loqueris ad ſponſum. Legis; ille tibi loquitur. Dina egreſſa corrumpitur. Nolo te ſponſum quærere per plateas; nolo te circumire angulos ciuitatis. Foris vagentur virgines ſtultæ, tu intrinſecus eſto cum ſponſo. Ibidem.

Nec affectatæ ſordes, nec exquiſitæ munditiæ conueniunt Chriſtiano. Ibidem.

Melius eſt aliquid neſcire ſecurè, quàm cum periculo diſcere. Ibid.

Ad omnem actum, ad omnem inceſſum manus pingat Crucem. Ibidem.

Quis Sanctorum ſine certamine coronatus eſt? Quære, & inuenies ſingulos aduerſa perpeſſos. Solus in deliciis Salomon fuit, & forſitan ideò corruit. Ibidem.

Nihil amantibus durum eſt: nullus difficilis cupienti labor eſt. Amemus Chriſtum, eiuſque ſemper

per quæramus amplexus, & facile videbitur omne difficile. Ibidem.

Quantò ſublimior aſcenſus, tantò lapſus periculoſior. Ibidem epiſtola 20.

Quaſi in procinctu & in acie ſtamus ſemper ad pugnam. Ibidem.

Aliud eſt, quærere quod perdideris, aliud eſt poſſidere quod numquam amiſeris. Ibidem.

Ieiunium non perfecta virtus, ſed ceterarum virtutum fundamentum eſt, & ſanctificatio, atque pudicitia, ſine qua nemo videbit Deum. Ibidem.

Eadem velle & eadem nolle, ea demum firma amicitia eſt. Ibidem.

Velle & nolle noſtrum eſt, ipſumque quod noſtrum eſt, ſine Dei miſeratione noſtrum non eſt. Ibidem.

Numquam verbum inhoneſtum audias; aut ſi audieris, non ineſceris. Perditæ mentes hominum vno frequenter leuique ſermone tentant clauſtra pudicitiæ. Ibidem.

Ridere & rideri, ſæcularibus derelinque. Ibidem.

Nos affectus & perturbationes, quamdiu in tabernaculo huius corporis habitamus, & fragili carne circumdamur, moderari & regere poſſumus, amputare non poſſumus. Ibidem.

Iraſci, hominis eſt; & finem iracundiæ imponere, Chriſtiani. Ibidem.

Bonum eſt obedire maioribus, parêre perfectis, & poſt regulas Scripturarum, vitæ ſuæ tramitem ab aliis diſcere, nec præceptore vti peſſimo, ſcilicet præſumptione ſua. Ibidem.

Mores & ſtudia dominarum plerumque ex ancilla-

cillarum & comitum moribus iudicantur. Ibidem.

Nobis electa seruanda sunt, & quasi inter scorpiones & colubros incedendum: vt accinctis lumbis, calceatis pedibus, & apprehensis manu baculis, iter per insidias huius sæculi, & inter venena faciamus, vt possimus ad dulces Iordanis peruenire aquas, & terram repromissionis intrare, & ad domum Dei ascendere, ac dicere cum Propheta: Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. & illud: Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ. Ibidem.

Felix illa conscientia, & beata virginitas, in cuius corde præter amorem Christi, qui est sapientia, castitas, patientia atque iustitia, ceteræque virtutes, nullus alius versatur amor, nec ad recordationem hominis aliquando suspirat, nec videre desiderat, quem cùm viderit, nolit dimittere. Ibidem.

Honora patrem tuum, sed si te à vero Patre non separat. Ibidem epistola 21.

Grande præmium parentis obliti: Concupiscet Rex decorem tuum. Ibidem.

Contristabitur pater, sed lætabitur Christus: lugebit familia, sed Angeli gratulabuntur. Faciat pater quod vult de substantia sua: non es eius cui nata es, sed cui renata, & qui te grandi pretio redemit, Sanguine suo. Ibidem.

Non quæruntur in Christianis initia, sed finis. Paulus malè cœpit, sed benè finiuit. Iudæ laudantur exordia, sed finis proditione damnatur. Ibidem.

Quantò fœdior, tantò pulchrior. Quid faciat in facie Christianæ purpurissus & cerussa: quorum alte-

alterum ruborem genarum labiorumque mentitur, alterum candorem oris & colli? Ibidem.

Ardentes diaboli sagittæ ieiuniorum & vigiliarum rigore restinguendæ sunt. Ibidem.

Non Ætnæi ignes, non sic Vulcania tellus, non Veseuus & Olympus tantis ardoribus æstuant, vt iuueniles medullæ vino plenæ, & dapibus inflammatæ. Ibidem.

Grandis virtutis est, & sollicitæ diligentiæ, superare quod nata sis: in carne non carnaliter viuere; tecum pugnare quotidie, & inclusum hostem, Argi (vt fabulæ ferunt) centum oculis obseruare. Ibidem.

Nihil ita scias conducere Christianis adolescentibus, vt esum olerum. Ibidem.

Ardor corporum frigidioribus epulis temperandus est. Ibidem.

Nihil sic inflammat corpora & titillat membra genitalia, sicut indigestus cibus, ructusque conuulsus. Ibidem.

Multò melius est quotidie parum, quàm rarò satis sumere. Ibidem.

Non necesse habes aurum in luto quærere. Ibid.

Multis margaritis vnã redime margaritam. Ibid.

Pessimæ consuetudinis est, cùm fragilis sexus & imbecillis ætas suo arbitrio abutitur, & putat licere quod libet. Ibidem.

Speculum mentis est facies, & taciti oculi cordis fatentur arcana. Ibidem.

Aliorum vulnus, nostra sit cautio. Ibidem.

Velimus nolimus, senescimus, ibidem.

Vincit viros femina, & castitas truncat libidinem. Ibidem.

Cogi-

Cogita quotidie te esse moriturum, & numquam de secundis nuptiis cogitabis. Ibidem.

Est pudor quo gloria inuenitur & gratia: & est rursus pudor qui solet parere peccatum. Ibidem epistola 22.

Nos securo ac bono animo sumus, qui per singula quæque præcepta inhonorantes Deum clementissimum ad iracundiam prouocamus, eiusque imperium superbissimè contemnendo, in tantæ maiestatis imus iniuriam? Quid enim vmquam tam superbum, quid verò tam ingratum videri potest, quàm aduersus eius viuere voluntatem, à quo ipsum viuere acceperis? quàm illius præcepta despicere, qui ideò aliquid imperat, vt causas habeat remunerandi? neque enim obsequij nostri indiget Deus, sed nos illius egemus imperio. Ibidem.

Viuere Christo, non est aliud, quàm eius præcepta seruare, quæ nobis ille quasi certum quoddam dilectionis suæ pignus seruanda mandauit. Ibid.

Nihil est imperiosius charitate. Ibidem.

Duo sunt genera mandatorum in quibus clauditur tota iustitia: prohibendi vnum est, iubendi alterum. Ibidem.

In quouis proposito, in quouis gradu æquale peccatum est, vel prohibita admittere, vel iussa non facere. Ibidem.

Tantò faciliùs abstinemus à quocumque delicto, quantò illud magis metuimus: nec citò ad maiora progreditur, qui etiã parua formidat. Ibid.

Maximam partem æquitatis impleuit qui nulli nocuit. Ibidem.

Quantum ad peccati rationem pertinet, nocuit & qui nocere disposuit. Ibidem.

Inter

Inter Christianum & Gentilem non fides tantùm debet, sed etiam vita distinguere, & diuersam Religionem per diuersa opera monstrare. Ibidem.

Illi terrena sapiant, qui promissa cælestia non habent. Ibidem.

Non sequantur turbam errantem, qui se veritatis discipulos confitentur. Ibid.

Asperam & insuauem nobis virutum viam, nimia facit vitiorum consuetudo. Ibidem.

Omne quod agimus, omne quod loquimur, aut de lata aut de angusta via est. Ibidem.

Maximum ad iustitiam auxilium est, implere diuinis eloquiis animam, & quod opere exequi cupias, semper corde meditari. Ibidem.

Ne putes tibi sufficere mandata Dei memoria tenere, & opere obliuisci. Ibidem.

O miram Domini clementiam! ô ineffabilem Dei benignitatem! Præmium nobis pollicetur, si nos inuicem diligamus, id est, si nos ea præstemus inuicem, quorum vicissim indigemus. Et nos superbo simul & ingrato animo eius renitimur voluntati, cuius etiam imperium beneficium est. Ibidem.

Noli diligere detrahere, ne eradiceris. Pauci admodum sunt qui huic vitio renuntient: raroque inuenies, qui ita vitam suam irreprehensibilem exhibere velint, vt non libenter reprehendant alienam; tantaque huius mali libido mentem hominum inuasit, vt etiam qui procul ab aliis vitiis recesserunt, in illud tamen quasi in extremum diaboli laqueum incidant. Ibidem.

Beatus est qui se ita contra hoc vitium armauit, vt apud eum detrahere nemo audeat. Ibidem.

Verba

Verba tua ponderet cogitatio, & linguæ officium animi libra diſpenſet. Ibidem.

Nihil quietius, nihil purius, nihil denique pulchrius ea mente eſſe debet, quæ in Dei habitaculum præparanda eſt: quem non auro templa fulgentia, non gemmis altaria diſtincta delectant, ſed anima virtutibus ornata. Ibidem.

Nihil habeas humilitate præſtantius, nihil amabilius: hæc eſt enim præcipua conſeruatrix, & quaſi cuſtos quædam virtutum omnium, nihilque eſt quod nos ita & hominibus gratos & Deo faciat, quàm ſi vitæ merito magni, humilitate ſimus infimi. Ibidem.

Aliud eſt habere virtutem, aliud virtutis ſimilitudinem: aliud eſt rerum vmbram ſequi, aliud veritatem. Ibidem.

Neſcit religio noſtra perſonas accipere, nec conditiones hominum, ſed animos inſpicit ſingulorum. Seruum & nobilem de moribus pronuntiat. Sola apud Deum libertas eſt, non ſeruire peccatis. Summa apud Deum nobilitas eſt, clarum eſſe virtutibus. Ibidem.

Vniuerſi homines paris apud Deum honoris, & eiuſdem pretij ſunt, qui vno Chriſti Sanguine ſunt redempti: nec intereſt, qua quis conditione natus ſit, cùm omnes in Chriſto æqualiter renaſcamur. Ibidem.

Quid prodeſt corpus tenuari abſtinentia, ſi animus intumeſcat ſuperbia? Quam laudem merebimur de pallore ieiunij, ſi inuidia ſimus liuidi? Quid virtutis habet vinum non bibere, & ira atque odio inebriari? Tunc ergo præclara eſt abſtinentia, tunc pulchra atque magnifica corporis caſtigatio,

tio, cùm animus ieiunus est à vitijs. Ibidem.

Apostolici præcepti & exempli est, vt habeamus rationem non tantùm conscientiæ, sed etiam famæ. Ibidem.

Beatus est qui tam sanctè tamque grauiter dispo-suit vitam suam, vt de eo finistri aliquid ne fingi quidem possit, dum aduersus obtrectatorum libi-dinem pugnat meriti magnitudo; nec fingere quis-quam ausus est, quod à nullo putat esse creden-dum. Ibidem.

Frustrà irascimur obtrectatoribus nostris, si eis ipsis obtrectandi materiam ministramus. Si autem nobis diligenter atque solicitè omnia ad honesta-tem prouidentibus, cunctisque actibus nostris ti-morem Dei præferentibus, illi nihilominùs insa-niunt, consoletur nos conscientia nostra, quæ tunc maximè tuta est, tunc optimè secura est, cùm ne oc-casionem quidem malè de se sentiendi dedit. Ibid.

Nos modò id agamus, vt malè de nobis loqui ne-mo absque mendacio possit. Ibidem.

Ita habeto solicitudinem domus, vt aliquam ta-mē vacationem animæ tribuas. Eligatur tibi oppor-tunus & aliquantùm à familiæ strepitu remotus locus, in quem tu velut in portum, quasi ex multa tempestate curarum te recipias, & excitatos foris cogitationum fluctus, secreti tranquillitate compo-nas. Ibidem.

Nos lepôrem artis Rhetoricæ contemnentes, & puerilis atque plausibilis eloquij venustatem, ad sanctarum Scripturarum grauitatem confugimus, vbi vera vulnerum medicina est, vbi dolorum certa remedia. Ibidem epistola 23.

Beato Iob post malorum examina, vxor pessima

reſeruata eſt, vt per eam diſceret blaſphemare. Ibid.

Difficile eſt preſſam malis innocentiam non dolere, & in hoc ipſo fide non periclitari, quòd ſe videat quis iniuſtè ſuſtinere quod patitur. Ibidem.

Caro ſancti viri (Iob) datur in diaboli poteſtatem, & animæ ſanitas reſeruatur, ne, ſi illud percuſſiſſet in quo eſt ſenſus mentiſque iudicium, non eſſet culpa peccantis, ſed eius qui ſtatum mentis euerterat. Ibidem.

Elias ad cælorum regna feſtinans non poteſt ire cum pallio, ſed mundo immunda veſtimenta dimittit. Ibi. Vult docere, eos, qui volunt eſſe perfecti, debere omnia relinquere, & vendita dare pauperibus.

Vnus Philoſophorum multarum poſſeſſionum pretium proiecit in pelagus, Abite, dicens, in profundum malæ cupiditates: ego vos mergam, ne ipſe mergar à vobis. Ibidem.

Felix & omni dignus beatitudine, quem ſenectus Chriſto occupat ſeruientem, quem extrema dies Saluatori inuenerit militantem: qui non confundetur cùm loquetur inimicis ſuis in porta, cui in introitu Paradiſi dicetur: Recepiſti mala in vita tua, nunc autem hîc lætare. Ibidem.

Difficile, imò & impoſſibile eſt, vt quis præſentibus & futuris fruatur bonis, vt & hîc ventrem & ibi mentem impleat; vt de delicijs tranſeat ad delicias, vt in vtroque ſæculo primus ſit, vt & in cælo & in terra appareat glorioſus. Ibidem.

Noli reſpicere Iudam negantem, ſed Paulum reſpice confitentem. Ibidem.

Et Sancti corruunt, ſi fuerint negligentes; & peccatores priſtinum recipiunt ſtatum, ſi peccatorum ſordes fletibus lauerint. Ibidem.

Num-

Numquam exemplum à malis sumitur. Etiam in sæculi rebus semper à meliori parte incitamenta virtutum sunt. Ibidem.

Gratias tibi, Christe Saluator, tua agimus creatura, quòd tam potentem aduersarium nostrum, dum occideris, occidisti. Ibidem.

Absque notitia Creatoris sui, omnis homo pecus est. Ibidem.

Anaxagoræ ac Telamonis semper laudata sententia: Sciebam me genuisse mortalem. Ibidem.

Non doleas quòd talem (nepotem & amicum) amiseris, sed gaudeas quòd talem habueris. Ibidem.

Aliud est conari, aliud agere: aliud viuere moriturum, aliud mori victurum. Ille moriturus ex gloria est, iste moriturus semper ad gloriam. Ibidem.

Romanus orbis ruit, & tamen ceruix nostra erecta non flectitur. Ibidem.

Felix Nepotianus qui hæc (mala) non videt, felix qui hæc non audit. Ibidem.

Offensum sentimus Deum, nec placamus nostris peccatis: Barbari fortes sunt, nostris vitijs Romanus superatur exercitus. Ibidem.

Xerxes ille Rex potentissimus, qui subuertit montes, maria constrauit, cùm de sublimi loco infinitam hominum multitudinem, & innumerabilem vidisset exercitum, flesse dicitur, quòd post centum annos nullus eorum quos tunc cernebat, superfuturus esset. Ibidem.

Quotidie morimur, quotidie commutamur, & tamen æternos nos esse credimus. Ibidem.

Hoc ipsum quod dico, quod scribitur, quod relego, quod emendo, de vita mea tollitur. Quot puncta notarij, tot meorum damna sunt temporum. Ibid.

EX LIBRO TERTIO.

VOTI Christianis erat, pro Christi nomine gladio percuti: verùm hostis callidus tarda ad mortem supplicia conquirens, animas cupiebat iugulare, non corpora. Lib. 3. epistola 1.

Volentibus mori, non dabatur occidi. Ibidem ex Cypriano.

Eia (inquit Paulus Eremita) Dominus nobis prandium misit, verè pius, verè misericors. Sexaginta iam anni sunt, quòd accipio dimidij semper panis fragmentum: verùm ad aduentum tuum (S. Antonio loquitur) militibus suis duplicauit annonam. Ibidem.

Huic seni nudo quid vmquam defuit? Vos (superbi diuites) gemmâ bibitis, ille (S. Paulus) naturæ concauis manibus satisfecit. Vos in tunicis aurum texitis, ille ne vilissimum quidem indumentum habuit mancipij vestri. Sed econtrariò, illi quidem pauperculo paradisus patet, vos auratos gehenna suscipiet. Ille vestem Christi, nudus licet, tamen seruauit; vos vestiti sericis, indumentum Christi perdidistis. Paulus vilissimo puluere coopertus iacet resurrecturus in gloriam: vos operosa saxis sepulchra premunt, cum vestris opibus arsuros. Ibidem.

Obsecro, vt quicumque hæc legis, Hieronymi peccatoris memineris. Cui si Dominus optionem daret, multò magis eligeret tunicam Pauli cum meritis eius, quàm Regum purpuram cum pœnis suis. Ibidem.

Nudus

Nudus latrones non timet. Ibidem epiſtola 2.

Nemo meliùs erogat, quàm qui ſibi nihil reſeruat. Ibidem.

Tactus, ioci, nutus & ſibili, ſolent moriturae virginitatis eſſe principia. Ibidem.

Mirentur alij ſigna quae fecit, mirentur incredibilem abſtinentiam, ſcientiam, humilitatem: ego nihil ita ſtupeo, quàm gloriam illum & honorem calcare potuiſſe. Ibidem.

Antonij mortem etiam elementa lugebant. Ibidem.

Benedicto oleo vniuerſi agricolae atque paſtores tangentes vulnera, certam ſalutem reſumebant. Ibidem.

Semper ſilentium & vitam ignobilem deſiderabat. Ibidem.

Hilarion omnes adiurauit, vt ne puncto quidem horae poſt mortem reſeruaretur, ſed ſtatim eum in hortulo terra operirent ſicut veſtitus erat, in tunica cilicina, & cuculla, & ſago ruſtico. Ibidem.

Cernas vſque hodie miram inter Palaeſtinos & Cyprios contentionem, his corpus Hilarionis, illis ſpiritum ſe habere certantibus. Ibidem.

O nihil vmquam tutum apud diabolum! Ibidem epiſt. 3.

Habet & ſeruata pudicitia ſuum martyrium. Ibidem.

Numquam illius (mulieris) nudum corpus intuitus ſum, numquam eius carnem attigi, timens in pace perdere, quod in praelio ſeruaueram. Ibidem.

Aſpicio formicarum gregem anguſto calle feruere, ferre onera maiora quàm corpora: aliae herbarum quaedam ſemina forcipe oris trahebant, aliae

egerebant humum de foueis, & aquarum meatus aggeribus excludebant. Illæ venturæ hiemis memores, ne madefacta humus in herbam horrea verteret, illata semina præcidebant; hæ luctu celebri corpora defuncta deportabant. Quodque magis mirum est, in tanto agmine egrediens non obstabat intranti: quin potiùs si quam vidissent sub fasce & onere concidisse, suppositis humeris adiuuabant. Ibidem.

Oculorum istiusmodi natura est, vt post solem vmbram intrantibus, cæca sint omnia. Ibidem.

Diligebam eam (mulierem) vt sororem, non tamen ei me credebam vt sorori. Ibidem.

Homo Christo deditus, mori potest, superari non potest. Ibidem.

Nec virtutes nec vitia parentum liberis imputantur. Ibidem epistola 4.

Mihi non placent dilationes istæ imperfectæ seruitutis Dei. Ibidem.

Quomodo lætæ segetes & vberes agri interdum culmis aristisque luxuriant, ita præclara ingenia & mens plena virtutibus in variarum artium redundat elegantiam. Ibidem.

Vnusquisque non hominum sed rerum pondere iudicandus est. Nec diuiti obsunt opes, si eis benè vtatur; nec pauperem egestas commendabiliorem facit, si inter sordes & inopiam peccata non caueat. Ibidem epistola 5.

Difficile factu est, gloriam virtute superare; & ab his diligi, quos præcedas. Ibidem.

Non est parui apud Deum meriti, benè filios educare. Ibidem.

Quando Scriptura dicit, Non nubent, neque nubentur,

nubentur, sed erunt sicut Angeli Dei in cælis; non natura & substantia corporum tollitur, sed gloriæ magnitudo monstratur. Neque enim scriptum est, Erunt Angeli; sed, Sicut Angeli: vbi similitudo promittitur, veritas denegatur. Ibidem.

Omnis sermo humanus inferior est laude cælesti. Ibidem epistola 7.

Ius summum, summa malitia. Ibidem.

Non est laudis possidere diuitias, sed pro Christo eas contemnere; non tumere ad honores, sed pro Dei fidę eos paruipendere. Ibidem epistola 8.

Cuius gentis homines ad loca sancta non veniunt? Ibidem.

Fugiendo gloriam, gloriam meremur, quæ virtutes quasi vmbra sequitur, & appetitores sui deserens, appetit contemptores. Ibidem.

Inter hostium manus, & captiuitatis duram necessitatem, nihil crudelius est quàm parentes à liberis separari. Ibidem.

Paula ita leuia peccata plangebat, vt illam grauissimorum criminum crederes ream. Cumque à nobis crebriùs admoneretur vt oculis parceret, & eos reseruaret Euangelicæ lectioni; aiebat: Turpanda est facies, quam contra Dei præceptum purpurisso, & cerussa, & stibio sæpè depinxi. Affligendum est corpus, quod multis vacauit delicijs. Longus risus, perpeti compensandus est fletu. Mollia linteamina, & serica pretiosissima, asperitate cilicij commutanda. Quæ viro & sæculo placui, nunc Christo placere desidero. Ibidem.

Afflictio in sæculo, materia præmiorum est. Ibid.

Modus virtus est, nimietas vitium reputatur. Ibidem.

Nemo plus dedit pauperibus, quàm quæ sibi nihil reseruauit. Ibidem.

Non solùm effusio sanguinis in confessione reputatur, sed deuotæ quoque mentis immaculata seruitus, quotidianum martyrium est. Illa corona de rosis & violis plectitur, ista de liliis. Ibidem.

Iuuenis quidem potest citò mori, sed senex diu viuere non potest. Ibidem epistola 9.

Ex lasciuia puellarum, sæpè de dominarum moribus indicatur, & qualis quæque est, talium consortio delectatur. Ibidem.

Erubescit quamuis præclara doctrina, quam propria reprehendit conscientia: frustraque eius lingua prædicat paupertatem, & docet eleëmosynas, qui Crœsi diuitiis inhiat. Ibidem.

Plus est animum deposuisse quàm cultum. Difficiliùs arrogantiâ quàm auro caremus & gemmis. His enim abiectis interdum gloriosis tumemus sordibus, & vendibilem paupertatem populari auræ offerimus. Celata virtus, & in conscientiæ fota secreto, Deum solum vindicem respicit. Ibidem epistola 10.

Quidquid viris iubetur, hoc consequenter redundat in feminas. Ibidem.

Aliæ sunt leges Cæsarum, aliæ Iesu Christi; aliud Papinianus, aliud Paulus noster præcipit. Apud illos viris impudicitiæ fræna laxantur, & solo stupro atque adulterio condemnato, passim per lupanaria & ancillulas libido permittitur; quasi culpam dignitas faciat, non voluntas. Apud nos quod non licet feminis, æquè non licet viris: & eadem seruitus pari conditione censetur. Ibidem.

Felix

Felix præconium, quod nulla totius vitæ sorde maculatur. Ibidem.

Equorum cursus fauore pernicior fit. Pugilum fortitudo clamoribus incitatur. Paratas ad prælium acies strictosque mucrones sermo Imperatoris accendit. Ibidem epistola 11.

Ramorum sterilitatem radix fecunda compenset, & quod in fructu non tenes, mireris in trunco. Ibidem.

Perfecta Dei dilectio foras mittat timorem. Assume scutum fidei, loricam iustitiæ, galeam salutis, procede ad prælium. Habet & pudicitia seruata martyrium suum. Ibidem.

Solent miseri parentes, & non plenæ fidei Christiani, deformes & aliquo membro debiles filias, quia dignos generos non inueniunt, virginitati tradere. Tanti, vt dicitur, vitrum, quanti margaritum. Ibidem.

Virtus semper inuidiæ patet. Ibidem.

Nos honoramus Reliquias Martyrum, vt eum cuius sunt Martyres, adoremus: honoramus seruos, vt honor seruorum redundet ad Dominum, qui ait: Qui vos suscipit, me suscipit. Ibidem scripto primo aduersus Vigilant.

Si non sunt honorandæ Reliquiæ Martyrum, quomodo legimus, Pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum eius? Si ossa mortuorum polluunt contingentes, quomodo Elisæus mortuus mortuum suscitauit, & dedit vitam corpori, quod (iuxta Vigilantium) iacebat immundũ? Ergo omnia castra Israelitici exercitus & populi Dei fuere immunda, quia Ioseph & Patriarcharum corpora portabant in solitudine, & ad sanctam terram immun-

dos cineres pertulerunt ? Ioseph quoque, qui in typo præcessit Domini Saluatoris, sceleratus fuit, qui tanta ambitione Iacob in Hebron ossa portauit; vt immundum patrem, auo & atauo sociaret immundis, & mortuum mortuis copularet ? O linguam à Medicis præcidendam! Ibidem.

Sola Gallia monstra non habuit, sed viris semper fortissimis & eloquentissimis abundauit. Ibidem. Scripto secundo contra Vigilant.

Si Apostoli & Martyres adhuc in corpore constituti, possunt orare pro ceteris, quando de se adhuc debent esse soliciti: quantò magis post coronas, victorias & triumphos ? Vnus homo Moyses sexcentis millibus armatorum impetrat à Deo veniam ; & Stephanus imitator Domini sui & primus Martyr in Christo, pro persecutoribus veniam deprecatur : & postquam cum Christo esse ceperint, minùs valebunt ? Paulus Apostolus ducentas septuaginta sex sibi dicit in naui animas condonatas ; & postquam resolutus cœperit esse cum Christo, tunc ora clausurus est ; & pro his qui in toto orbe ad suum Euangelium crediderunt, mutire non poterit ? Ibidem.

Sancti non appellantur mortui, sed dormientes. Ibidem.

Non nascimur, sed renascimur Christiani. Ibidem.

Quando legendum est Euangelium, accenduntur luminaria, iam sole rutilante, non vtique ad fugandas tenebras, sed ad signum lætitiæ demonstrandum. Ibidem.

Paucorum culpa non præiudicat Religioni. Ibidem.

Arden-

Ardentiùs appetitur, quidquid eſt rarius. Ibidem.

Spiritus immundus ſæpè hoc viliſſimo tortus eſt puluere. Ibidem. Loquitur de Reliquiis Sanctorum, quas Vigilantius per contemptum viliſſimos pulueres vocabat.

Monachus non Doctoris ſed plangentis habet officium; qui vel ſe vel mundum lugeat, & Domini pauidus præſtoletur aduentum, qui ſciens imbecillitatem ſuam, & vas fragile quod portat, timet offendere ne impingat, corruat, atque frangatur. Vnde & mulierum maximè adoleſcentularum vitat aſpectum, & in tantum caſtigator ſui eſt, vt etiam quæ tuta ſunt, pertimeſcat. Ibidem.

Fateor imbecillitatem meam. Nolo ſpe pugnare victoriæ, ne perdam aliquando victoriam. Si fugero, gladium deuitaui; ſi ſtetero, aut vincendum mihi eſt, aut cadendum. Quid autem neceſſe eſt certa dimittere, & incerta ſectari? Aut ſcuto, aut pedibus mors vitanda eſt. Tu qui pugnas, & ſuperari potes, & vincere: ego cùm fugero, non vinco in eo quod fugio, ſed ideò fugio, ne vincar. Nulla ſecuritas eſt, vicino ſerpente dormire. Poteſt fieri vt me non mordeat; tamen poteſt fieri vt aliquando me mordeat. Ibidem.

Sanctus amor impatientiam non habet. Ibid.

FINIS.

APPROBATIO.

PRÆSENS *Thesaurus Locorum communium, studio & obseruatione R. D.* HENRICI CVLENS, *S. T. L. & apud Gerardimontanos Pastoris, ex optimis quibusque Auctoribus collectus ad vsum verbi Dei Concionatorum, dignus est qui iisdem euulgationis beneficio recludatur. Vt enim*

Nullus argento color est auaris
Abdito terris, nisi temperato
Splendeat vsu,

ita & thesauri inuisi & absconditi nullus est fructus. Actum Antuerpiæ, die XXVI. *Maij*, M. DC. XXI.

Laur. Beyerlinck, Archipresbyter
Eccles. Cathed. Antuerpiens.
Librorumque Censor.

SVMMA

SVMMA PRIVILEGII.

ALBERTI & ISABELLÆ CLARÆ EVGENIÆ Archiducum Austriæ, Ducum Burgundiæ, Brabantiæ, &c. Serenissimorum Belgicæ Principum Priuilegio cautum est; nequis *Thesaurum Locorum communium, de quo noua & vetera proferuntur, in gratiam Pastorum & Concionatorum ordine alphabetico digestum operâ & obseruatione* HENRICI CVLENS *Pastoris Gerardimontani, S. T. L.* præter Balthasaris Moreti voluntatem intra sexennium imprimat, aut alibi terrarum impressum, in has Inferioris Germaniæ ditiones importet. Qui secùs faxit, confiscatione librorum, & alia graui pœna mulctabitur, vti latiùs patet in litteris datis Bruxellæ, XVIII. Iunij, M. DC. XXI.

Signat.

G. VVouwere.

ANTVERPIÆ,

EX OFFICINA PLANTINIANA

BALTHASARIS MORETI.

M. DC. XXII.


LABORE ET CONSTANTIA

dos cineres pertulerunt? Ioseph quoque, qui in typo præcessit Domini Saluatoris, sceleratus fuit, qui tanta ambitione Iacob in Hebron ossa portauit; vt immundum patrem, auo & atauo sociaret immundis, & mortuum mortuis copularet? O linguam à Medicis præcidendam! Ibidem.

Sola Gallia monstra non habuit, sed viris semper fortissimis & eloquentissimis abundauit. Ibidem. Scripto secundo contra Vigilant.

Si Apostoli & Martyres adhuc in corpore constituti, possunt orare pro ceteris, quando de se adhuc debent esse soliciti: quantò magis post coronas, victorias & triumphos? Vnus homo Moyses sexcentis millibus armatorum impetrat à Deo veniam; & Stephanus imitator Domini sui & primus Martyr in Christo, pro persecutoribus veniam deprecatur: & postquam cum Christo esse ceperint, minùs valebunt? Paulus Apostolus ducentas septuaginta sex sibi dicit in naui animas condonatas; & postquam resolutus cœperit esse cum Christo, tunc ora clausurus est; & pro his qui in toto orbe ad suum Euangelium crediderunt, mutire non poterit? Ibidem.

Sancti non appellantur mortui, sed dormientes. Ibidem.

Non nascimur, sed renascimur Christiani. Ibidem.

Quando legendum est Euangelium, accenduntur luminaria, iam sole rutilante, non vtique ad fugandas tenebras, sed ad signum lætitiæ demonstrandum. Ibidem.

Paucorum culpa non præiudicat Religioni. Ibidem.

Arden-

Ardentiùs appetitur, quidquid est rarius. Ibidem.

Spiritus immundus sæpè hoc vilissimo tortus est puluere. Ibidem. Loquitur de Reliquiis Sanctorum, quas Vigilantius per contemptum vilissimos pulueres vocabat.

Monachus non Doctoris sed plangentis habet officium; qui vel se vel mundum lugeat, & Domini pauidus præstoletur aduentum, qui sciens imbecillitatem suam, & vas fragile quod portat, timet offendere ne impingat, corruat, atque frangatur. Vnde & mulierum maximè adolescentularum vitat aspectum, & in tantum castigator sui est, vt etiam quæ tuta sunt, pertimescat. Ibidem.

Fateor imbecillitatem meam. Nolo spe pugnare victoriæ, ne perdam aliquando victoriam. Si fugero, gladium deuitaui; si stetero, aut vincendum mihi est, aut cadendum. Quid autem necesse est certa dimittere, & incerta sectari? Aut scuto, aut pedibus mors vitanda est. Tu qui pugnas, & superari potes, & vincere: ego cùm fugero, non vinco in eo quod fugio, sed ideò fugio, ne vincar. Nulla securitas est, vicino serpente dormire. Potest fieri vt me non mordeat; tamen potest fieri vt aliquando me mordeat. Ibidem.

Sanctus amor impatientiam non habet. Ibid.

FINIS.

APPROBATIO.

PRÆSENS *Thesaurus Locorum communium, studio & obseruatione* R. D. HENRICI CVLENS, *S. T. L. & apud Gerardimontanas Pastoris, ex optimis quibusque Auctoribus collectus ad vsum verbi Dei Concionatorum, dignus est qui ijsdem euulgationis beneficio recludatur. Vt enim*

Nullus argento color est auaris
Abdito terris, nisi temperato
Splendeat vsu,

ita & thesauri inuisi & absconditi nullus est fructus. Actum Antuerpiæ, die XXVI. *Maij,* M. DC. XXI.

Laur. Beyerlinck, Archipresbyter
Ecclesf. Cathed. Antuerpiens.
Librorumque Censor.

SVMMA

SVMMA PRIVILEGII.

ALBERTI & ISABELLÆ CLARÆ EVGENIÆ Archiducum Austriæ, Ducum Burgundiæ, Brabantiæ, &c. Serenissimorum Belgicæ Principum Priuilegio cautum est; nequis *Thesaurum Locorum communium, de quo noua & vetera proferuntur, in gratiam Pastorum & Concionatorum ordine alphabetico digestum operâ & obseruatione* HENRICI CVLENS *Pastoris Gerardimontani, S. T. L.* præter Balthasaris Moreti voluntatem intra sexennium imprimat, aut alibi terrarum impressum, in has Inferioris Germaniæ ditiones importet. Qui secùs faxit, confiscatione librorum, & alia graui pœna mulctabitur, vti latiùs patet in litteris datis Bruxellæ, XVIII. Iunij, M. DC. XXI.

Signat.

G. VVouwere.

ANTVERPIÆ,

EX OFFICINA PLANTINIANA

BALTHASARIS MORETI.

M. DC. XXII.


LABORE ET CONSTANTIA